frontibus eoꝝ. et impositis manibus sup
capita eorum dicitur eis. pax tecū. Siqui-
dem ad impositionē manuū apostoloꝝ
solebat dari spiritussanctus et datur mō
ad impositionē manuū episcopoꝝ. Qꝫ au
tem pontifex dicit pingendo characterem
Consigno te et cruce confirmo te. Intelli-
genda ē cōsignatio vt metū incutiat demo
nibus ne p̄sumant ingredi fontem signa-
tū et ortū conclusum. Ne audeant dispde
re dissipare thezauꝝ consignatū nec intro
ire domū cōtra ipos clausam atꝫ signatā
ne aliquid ibi vendicare audeāt in eo quē
vident in dei seruū ymo filiū cōsignatum

Incipit tract[atus] de eucharistia

Post hec relinquit nobis vt euita
mur loqui freti auxilio dei ꝺ sacra
tissima eucharistia cuius ineffabi
litati in nullo derogare intendim⁹. Scie
tes et plane confitētes illas eē longe incō
pabiliter sup omnē sensū ac humanū itel
lectū et nō posse ad ea vllaten⁹ attingere
cognitionē nostrā vel loquelā. Uerūtamē
tentari debere et scribere aliquid de tan
to sacramēto q̄ virtus eius et efficacia elu
cescat quo errores tam sacrilegi tanq̄ im
pij retundātur quib⁹ cōtra illud non solū
blasphemare sed etiā ipm de medio tolle
re nephario ausu heretice prauitatis insa
nia attentare p̄sumpsit non soluz p̄iumē.
sed etiā sacri magysterij debitū. Dicemus
ergo in p̄mis q̄ si cura ē deo de corpe cu
iuscū q̄z animalis etiā pulicis et musce vni
us pꝛuidere ei nutrimentū et sustentatiōz
qđ ē dicere cibū et potū. q̄z multo forti⁹ et
incōpabiliter cura erit eidē de nutrimēto
nobilissimi corpis de q̄ p̄locuti sum⁹ et di
ximus q̄ nō decet ipsum aliud habere ca
put q̄z ipm deū nec alio spū viuere quam
ipo spiritu dei viuere inquā vitā quam di
cimus gr̄e vel vitā glorie. Ex quibus cōse
quēter relinqtur cibū eius eē debere ipm
deū. Si eñ qđ nutrit et sustentat vitalē ca
lorē in corpe animalis ħc cibus ē ipi⁹ ani
malis ergo cū diuina bonitas viuificū ca
lore q̄ p̄nominatū nobilissimū corp⁹ viuit
sola nutriat ipaz eē cibū eiusdē verissimū
necesse ē. Quid aūt ē vitalis calor in hmōi
corpe nisi sanctus sincerus amor et sancta
amicicia qua deo herent ꝛ sibinuicē cohe
rēt ꝑpter ipm sibinuicem ꝯsulētes tota q̄z
ꝓmptitudine sibinuicē subseruiētes tota
studiositate totisq̄z virib⁹ seinuicē adiuuā
tes ꝛ defendētes. Diuina siquidē bonitas
veros amatores suos adeo sibi astringit
ꝛ alligat vt ꝑpter ipam ꝛ ipi inuicē insepa
biliter sibi coehereant et sincera seinuicē di
lectione amplectantur. Q̄ si bonitas crea
ture cuiuscūq̄z dilectionē sui in cognitore
suo excitat nutrit et auget quid diuina bo
nitas in cognitoribus suis operabitur.

Amplius. cū bonitas in creatura qua
cūq̄z nō sit vestigiū ꝑtenue atz ꝑ modicuz
fontalis atz redūdantis in anima bonita
tis et vmbra vmbre ipsius. Si ergo extre
ma vestigioꝝ ipius vestigia hoc ē sensibi
liū ꝛ corruptibiliū creaturarū voluptates
in hominib⁹ tātos sui amores nūc excitāt
nutriūt augēt ꝛ inflamant vt eo ꝛ inarde
re ꝛ cōflagrari perspicuū sit atz manifestū
Quāto fortius diuina bonitas in eis in q
bus illuxerit amores sanctissimos et con
cupiscencias immaculatissimas excitabit
nutriet augebit et inflamabit. Merito er
go ipam diuinā bonitatē cibū et nutrimē
tum vitalis caloris ac spiritualis diximus
Quēadmodum eñ speciositas mulieris
quodāmodo nutrimentū ē et cib⁹ turpis
amoris. Unde cū subtrahitur a corde hu
iusmodi amatoris siue ꝑ obliuionē siue ꝑ
occupationem alien⁹ cogitationis cessat
turpis amoris incendiū. Cū autē adhibe
tur eidem ꝑ aspectū vel cogitationē reui
uiscit et renouatur. Sic ꝛ multo fortius diui
na pulchritudo cibus erit et nutrimētum
amoris digni et cōgruentis sibi in amato
rib⁹ suis. Sicut bonitas aut vita cuiuscū
q̄z boni viri in corde benigni auditoris san
ctam amiciciam excitat quantoq̄z maior ꝛ
magis innotescit in eandē magis nutrit ꝛ
auget. Sic et incompabiliter ampli⁹ diui
na bonitas in cordibus contrario amore
aut ꝑuersitate nō corruptis necessario san
ctū amorē suū excitabit nutriet et augebit
Idem ē ꝛ de suauitate voluptatis. Et quē
admodū virt⁹ appetitiua nr̄a gustabilis
in singulis ciboꝝ et potuū ferculis seu va
rietatib⁹ inuenit qđ appetitū eius excitet
nutriat et augeat. Sic cor in omnibus ver
bis et operib⁹ ꝛ tota cōuersatione viri bo
ni inueniet qđ amorē eius excitet nutriat
et augeat. Sic et corda electorū in verbis
et operib⁹ dei tanq̄z in ferculis quibusdā
spiritualibus inueniūt qđ in eis viuificuz
sancti amoris calorē excitet et nutriat ꝛ au
geat et qđ eos spiritualiť immaculata de
lectatione pascat ꝑpter q̄ et verba dei ci
bus animarū humanarū verissime dicta
sunt in sacra scriptura veteri et noua. Iaz
ergo declaratū ē tibi quia diuina pulchri
tudo cibus ē et pabulū ac nutrimētū san
cti amoris in ipm deū. Iuxta hunc modū
diuina suauitas et dulcedo sancti appeti
tus quasi cuiusdaz gustus spūalis cibus ē
et pabulū excitationis et delectationis ipi
us. Et ad hunc modū referuntur quecunq̄
in scriptura legūtur in hac materia sicut il
lud in Psal. Saciabor cū apparuerit glo
ria tua. et illud Torrēte voluptatis tue po
tabis eos Et illud Quā magna mltitudo
dulcedinis tue dñe. Et iterū. Quā dulcia
faucibus meis eloquia tua. Similiter il
lud ꝓuerbio. xvi. Fauus mellis verba cō

posita, Et illud mathei. v. Beati q esuriunt et sitiunt iustitiā. ppter hoc in figura celestis accuinsia panis qui deus ē dictum ē Sap. xvj. Paratū panē de celis pstitisti eis sine labore oē delectamētū in se hītē et omnis saporis suauitatē iuxta hūc modum ipsi⁹ diuine bonitatis sancte et gratuite dilectiōis exēplū dilectionē boni viri in aliū bonum virū supra posuim⁹ Si enī cognita bonitas viri boni ī corde nō corrupto cognoscētis excitat nutrit et auget gratuita ac sincerā dilectionē q̄ bonis eiusdē congaudet congratulat quāto fortius fontalis abyssalisq3 bonitas dei per modica aspersione vel poci⁹ odore pertenuissimo solummodo vt ita dicam ⁹ vt bonitā sūt oia in corruptis sc3 cognitorū cordibus ppter eis innotescere et illucescere fuerit. Diutū picturis sue dignatio cib⁹ erit et pabulum et fomes incentiuus sancte ac gratuite viuificeq3 dilectionis quā solam dignas nomine charitatis merito reputamus. Est et quartū genus amoris vel forsan quarta potius intentio huius nomis amor ad quā similiter se habet beneficentia vt et cibus et pabulum et hoc est amor quem solem⁹ vocare necessariū a necessitudine que dici solet vinculum amoris in indissolubilem hunc amorem vt ita dicamus ligna beneficiorū nutriunt et ppter hoc cum illa cessauerint extinguit isto modo amamus nos patres et matres aliosq3 benefactores Et quia beneficia parentū in filios ppetua sunt sicut vita et alia q̄ ex educatione et disciplina eorū acquiritur perpetua sunt aut difficile sepera bilia idcirco ppetu⁹ est amor in parentes siue autē equiuoce siue vniuoce amor in istis omnibus dicatur amor bonitatis et nō beneficentie. Certū est q vera sunt que diximus nobis autē itentio est hic de amore sancto et gratuito recto quē non inquinat voluptas aut vtilitas in ppriū subiectū quē charitatis nomine solū dignū supra diximus que nihil habet venalitatis vel negotiationis p quā amator non sibi quicqd acqrere nec amatū suū efficere q̄rit. Sed potius se et suā intendit exhibere quicq̄ potest comodi vel bonoris hūc dicimus vitalem calorem quem dei spiritus in totum corpus quod diuim⁹ diffundit Palam ergo est ex his diuinā bonitatem cibum esse et nutrimentū huius sancti et nobilis corporis cuius singula sancta membra singuli sunt sancti viri. Declarabimus autē istud alia via et dicemus q: sicut non est vita corpori animalis seu vite sustentacio absq3 incorporatione cibi cōuenientis. Sic non ē vita gracie cordi humano absq3 incorporatione et inuiscerationne spiritualis cibi illi vite cōuenientis In corporatio autem non aliud est quam spiritualis siue cordalis vnitio. Et hoc non ē nisi amor quantū ad virtutem motiuam superiorē. Illud enim cordaliter siue spiritualiter nobis vnitū est quod iure amam⁹ Iuxta quem modum Actuū. iiij. dictum est Multitudinis credentiū erat cor vnū et anima vna. Et iohā. xvij. Rogo pater vt isti sunt vnum sicut ego et tu vnum sum⁹ et quia in compatio cibi vere comestio ē. Ceterū autem que ipm precedunt pparationes sunt ad cōmestionem. sic incordatio cibi spiritualis vere comestio est spiritualis. Quia ergo manifestū ē sine incordiatione id est cordiali vnitiōe quā amorem vocauimus et est necvitā grē nec vitā glorie cuiq3 esse aut esse posse. Manifestū est sine comestione ipsius dei. neutr am vitum posse esse. Ex quo manifestum est illud eē quod ait veritas Iohā. vj. Qui mā ducat me et ipse viuet ppter me. Et iteru3 qui manducat hunc panē viuet in eternū Et iterum panis verus est qui de celo descendit et dat vitam mundo. Et iterū ego sum panis vite. Nulli enim dubiu3 est q absq3 cordiali vnitione dei que verus aefunctus amor est nulli vnq3 fuit vel ē vel erit vita eterna. Panis autem et nutrimētum vite est vnumqdq3 inquantum viuificat vel viuificū calorem aut inducit aut nutrit inquantum amore suncto calefacit aut ipsum calore3 nutrit. Et ppter hoc inquantū amorem vel amantes facit in tantum viuificat aut necessario nutrit. Inum ergo est panis vite et illus solum est panis vite inquantū et quos amatores sui efficit vel in quib⁹ amorem nutrit. Intellige āt diligenter hoc est firmiter tene. quia hec ē radix probationis viuifici et ineffabilis sacramenti quam effugere non potest intellectus capax veritatis et cui non contradicet inten⁹ cū completa fuerit et elucidata atq3 depurata. Primū aūt declarabim⁹ tibi duas causas erroris hereticorū quib⁹ veritatem sacramenti istius videre et credere phibiti sunt harum pma ē errantiū circa veritatem cōmestionis vocauerunt

enim puerili insipiētia cōmestionē ipsam cibi preparationē dicentes ipsaꝫ masticationem cibi cōmestionē dicentes ꝛ cibum comedi cū in ore terūtur dentibus aut molitur aut cum in ventrem traucitur ignorātes quia corpus animalis ē velut domus sufficientia officinarū ꝛ vasorum ornata atꝫ munita seu pparata Et quia os est sicut molendinū aut sicut mortarium cū instrumentis que necessaria sunt ad terendum siue piscandū. Sicut ergo quando cibus adhuc in molendio est vel in mortario nōdum comeditur sed ad comestionē pparatur. sic cum in ore est nondum comeditur. Juxta hunc modum ipse stomachus velut coquina est aut lebes siue olla cognaria in eadem domo vbi primū coquitur cibus atqꝫ digeritur ꝛ depuratur. De quo quod impurū est aut incōueniens nutrimento corpis in secessum emittitur. Reliquum autē ad epar quasi ad nobiliorem coquinā siue lebetem coquendū ad depurandumqꝫ transmittit. Unde impurum ꝛ incōueniens nutrimentū in secessuꝫ vrinalē emittit vero reliquū ad mēbra transfunditur. Jn quibus etiā tercia decoctione digerē depuratur Jnde a membris singulis assumitur in nutrimentuꝫ pportionatur. Hoc est p rata vniuscuiusqꝫ et tūc eis incorporat atꝫ eis vere comedit Manifestum est ergo tibi quā longe a veritate aberrauerint heretici circa corpaleꝫ cōmestionem ꝛ spūalem. Quod em̄ corpali comestione comeditur ꝛ nutriendo corpi incorporat necesse ē ergo vt a ppria sua forma denudetur per corruptionē yle sue ꝛ vt forma nutriendi corporis vestiatur siue per generatione vt quibusdam visum est siue per extensionē forme ipsius nutriti occupātis materiā ipsius nutrimenti in comestione autēꝫ spūali econtrario se hꝫ Quia cibus spūalis quanto magis incorrupt⁹ magis integer magis qꝫ illesus formisqꝫ suis vestitus venit ad cor tāto ei verius ꝛ profundius vnitur. Oportet te etiam hoc prenosse q̄ veritas cibus est virtutis nr̄e intellectiue et bonitas cibus est virtutꝭ nostre motiue superioris ac nobilis ꝛ aliis verbis idem dicit verbi gracia. Si dicatur q̄ veritas cibus est nostri intellectus et bonitas est cibus nostri affectus videlicet superioris atqꝫ sublimis. Non enim hoc intendimus ↄ affectu quem cōmunicam⁹ cum brutis animalibus. Jdē enim est veritas ad intellectum q̄ lux exterior est ad visum. Jnde est quod solum verum est scibile ꝛ solum lucidum visibile et quemadmodū cibus corporalis corpus firmat i obore cuꝫ incorporatus ei fuerit. Sic veritas intellectū certitudine cū ei vnita fuerit vnitione completa tunc em̄ vere ꝛ proprie ipsa veritas intellecta aut scita dicitur. Et quemadmoduꝫ cibus corpus auget et distendit trina dimensione vꝫ longitudine latitudine pfūditate seu spissitudie aut altitudie sic et vitas intellecm̄ extēdit in longū ꝯsequentiū in latuꝫ ꝯuertētiū vt ꝯtrarioꝝ seu repugnantiū in altum seu pfundum essentialium. Q' si hoc referre volueris ad intellectum practicum erit euidentius hec eius enim longitudo verissime ac ppriissime est eius extensio in preterita ꝛ futura quasi duorum stadiorum scilicet memorie et puidentie eius. Latitudo circūspectio est eius pfunditas seu altitudo sublimium et intimoꝝ ꝯphēhensio seu perceptio. Juxta hunc moduꝫ sicut plenitudo atqꝫ pinguedo in corpore fit luminositas seu claritas cognitionum ꝛ habundantia multitudoqꝫ cognitoruꝫ in intellectu seu mente. Juxta hunc modum se habet et in virtute nostra motiua nobili siue affectu nr̄o super oīa. Huius em̄ latitudo amor est longitudo spes altitudo magnificentia. Alia tamen comparatione humilitas altitudo est siue pfunditas ipsius. Cum aūt ista diligenter consideraueris inuenies certissie ex diffinitiōe seu ratione eius q̄ est cibus solam primā ac luminosissimā veritatem cibum ēē nostri intellectus. Solam qꝫ primā in vindātissimamqꝫ bonitatem cibum esse nostri nobilis ac sublimis affectus. Si enim cibus est per rationē rectissimam diffinitionemqꝫ rectissimā cui⁹ sumptione naturaliter sedatur fames delectatur comedens reficitur ꝛ repletur. Nō dico in pinguat Pinguedo enim est excessus et superfluitas conuenientis ac debite plenitudinis. Manifestum autē est quia non cessat fames intellectus nostri nec fames affectus donec pleno ore ille primā veritatem iste primam bonitatem comedat nec ante alterutrum eorum impleri possibile est. Manifestum ergo est non aliud esse pprium verum ac naturalem cibum eorū. Si em̄ sola prima veritas sedat vniuersaliter famen sciendi que intellectum nostro est q̄

dicitur quia omnes homines naturaliter
scire desiderant. Si ipsa sola per seipsam
implere sufficit totum ventrem id est totã
capacitatem nostri intellectus. Si ipsa so
la ipsum reficere absq; vllo vestigio defe
ctionis sufficit similiter ꝛ delectare. Dele
ctatione completa cui nihil desit. Deinde
augere et distendere secundum omnem
dimensionem vsq; ad perfectũ congruenti
ac perfecte debite sibi magnitudinis cibũ
illam eiusdem ꝓprium atq; verissimũ eẽ
necesse est et primam bonitatẽ ad affectũ
nostrum sublimen similr se habere dubi
tari non potest ab intelligentib⁹. Si enim
posuerim⁹ intellectũ in quo omnes verita
tes preter primã lucidissima descriptione
inscripte sint firmissimaq; coniunctione
vnite dico quia huiusmodi intellectus va
cuum se reputabit et inscium. Cuius exem
plum est in platone q veritates alias tot
annis comedere non cessans tandem nõ
se refectum aut impletum sed magis ina
nem et vacuum sentiens dixit hoc solum
scio quod nescio quasi dicat solam nesciẽ
tiam meam scio idem autem est nescienti
a et vacuitas in intellectu idem ergo ẽ ac
si dixisset solam vacuitatem in ventre ĩtel
lectus mei sentio. Amplius intellectũ hu
manum ad cognitionem prime veritatis
et affectum ad fruitionem prime bonita
tis natos esse manifestum est intelligibi
lia intelligentibus. cognitio autem et frui
tio comestiones sũt spirituales ad comes
dendum ergo easdem nate sunt necessa
rie iste due vires. Quare primam verita
tem suum esse comestibile intellectus hu
mani. Primãq; bonitatẽ similr affectus
humani suum comestibile esse necesse est
suum autem comestibile vniuscuiusq; vi
uus sum panis ꝛ suus cibus indubitan
ter ẽ. Prima aũt bonitas ac prima vitas
sunt vnus verus ac solus deus ac domi
nus omniũ sanctorũ. Due aũt iste vires
apprehensiua ꝛ motiua nobiles sunt to
tum id quod ceteris animalibus excelli
m⁹ q̃ mens hũana et ymago di ĩ hũana
anima ꝓprie verissimeq; dedũcitur iam
ergo deduxi te ad hoc via facili et proba
tione euidenti vt cognoscas deum esse et
quia vnumquodq; sic se habet ad esse sic
ad veritatem. Quia igitur cetere veritates
ad primam cibum et panem esse anime
humane sm suum ꝓprium ac nobile eẽ
Et sicut vmbre vanissime et picture cuius
sime apparitionis ad veritatem erit nẽ
cessario philozophatio de aliis verita
tibus et cognitio quantumlibet circa ad
vltimam prime veritatis cognitionem si
cut somnium comestionis ad veritatem
eiusdem quapropter declaratum videtur
quod legitur. Ysaie. xxviij. Sicut somni
at esuriẽs et comedit. Cũ aũt expergefact⁹
fuerit anima eius vacua erit et sicut som
niat sitiens ꝛ bibit ꝛ postq; fuerit experge
factus lassus adhuc sitit ꝛ anima eius ari
da ꝛ vacua est sic erit multitudo omnium
gentium que dimicauerunt contra mon
tem syon somniasse ergo apparet plato
ni in philosiphando et expergefactum e
dixisse hoc solum scio quod nescio. Nũc
vero restat nobis ostendere panem istũ
q̃tidianum esse sicut legitur in .xi. luce et
supersubstantialem sicut mathei. vj. Di
co ergo q; sicut necesse est deficere vitam
nature in animalibus ex defectu sustenta
tiõis siue nutrimenti cõuenientis quod nõ
est nisi cibus ꝛ potus. Sic necesse est ꝛ vi
tam gratie ꝛ in corpore nobili ac sanctifi
cato de quo hic loquimur et est probatio
ista a causa et a simili et a ꝓportione.
Amplius subtrahe diuinam veritatẽ ab
humano intellectu et diuinam bonitatẽ
ab hũano affectu ꝛ videbis vtrumq; mor
tuum quantum ad vitam gratie. Intelle
ctus enim deum ignorans et affectus de
um non amans inique viuunt dum se et
sua in eius honorem et obsequium non
conuertunt. Cum enim a deo solo ꝛ seipsos
et omnia bona sua habeant in eiusdem
honorem et obsequium tenentur illa cõ
uertere. Non viuunt ergo ad honorificẽ
tiam sed nec proximis ad vtilitatem cum
deum sine quo alia inutilia sunt et sine q̃
non solum inutiliter sed etiam perniciose
habentur proximis non querant quã in
decenter in seipsis viuant qui nec quo na
ti sunt ire intendunt hoc est ad eternam
felicitatem ad deum ipsum qui et finis ẽ
omnium laborum et quies omnium de
sideriorum que impleri potest decet aut
expedit. Amplius. cum intellectus hu
man⁹ verus sponsus sit prime veritatis ꝛ
ad illam solam debeat esse conuersio et⁹
ceteris autem vt ancillis siue pedissequis
huius intellectus videlicet ignorans deũ
prime veritati vxori sue non adherens cũ
ceteris passim necessario fornicator curio
se se illis prostituens et que illi vt ancille

atq; pedisseq famulari debent ad querē
dam et obtinendam et honorandam ac
singulariter amplexandam primā verita
tem fornicaria et adultrina turpitudine
ad amplexus admittit ad thorum. Dum
eas propter semetipsas diligit et delecta
tur Sic de affectu manifestuz est se habe
re de bonitatib9 a prima bonitate in cre
aturis aspersis. Manifestum ergo est q
panis iste nō solum quotidie sed iugiter
assidueq; cōmedendus est z absq; vlla
cessatione in mente habendus atq; tenē
dus. Et propter hoc non solum quotidia
nus sed supersubstantialis dictus est. Ce
teri siquidem cibi subtrahi possūt ad mo
dicum salua vita quam supersustentant
et reperant sed iste nec ad modicum Eius
enim subtractio extinctio vite est. Et ppt
hoc beata vita animaruz dicitur sicut spe
ciē vite natural' suoz corpoz Qua ppt sic
separatio aīe a corpe ēt ad momētū mors ē
corporis ita seperatio dei a mente huma
na ad quantumlibet modicum seperatio
inq; qualem diximus extinctio est ipsarū
animarum quantū ad vitam gracie.
Amplius. sicut naturalis coniunctio ani
me ad corpus vel ipsius dei ad animam
vita est naturalis siue causa viuendi na
turaliter Sic gratuita coniunctio eiusdē
scilicet dei ad ea quibus sic coniūgibilis ē
vita est gracie seu causa viuendi sm gra
ciam Quapropter sicut contraria separa
tio mors est aut causa mortis que oppo
sita est naturali vite sic contraria separa
tio gratuite cōiunctōnis aut mors est aut
causa mortis que contraria est vite gratu
ite. Nec mireris si diximus deum vitam
esse etiam naturalē anime humane cum
sit ei causa manifestissima viuendi natu
raliter et ipa scriptura danielis xij. Uocet
eum scōm vnam litteram vitam seculi et
vitam seculorum vbi ergo nos habemus
xij. Danielis. iurauit p viuentem ineternū
Hebreus habet. iurauit per vitam seculi
ppter hoc sol etiam intelligentie in.v. sa
piētie et sol iusticie in.iiij. Malachie nomi
atur. Quemadmodū enim subtracto so
le tota radiositas eius simul subtrahitur
Sic z deo sublato de mente humana eo
modo quo diximus tota radiositas dono
rum et graciaz sine qb9 deo nō placetur
subtrahitur. Et debes scire q non intelli
gimus panem vite a mente humana re
cedere vel eidem subtrahi si forte aliqua

hora nō cogitetur aut motus sancti amo
ris in ipsum non dirigatur. Sicut nec ani
mam a corpore si quandoq; ab operatio
ne visus aut alteri9 sensus cessat. Et quia
iā declaratū est dm eē panē anime huma
ne ecundum suum totum nobile atq; pre
cipuum ipsamq; animam natam esse cō
medere panem hunc et creataz esse ad co
medendum illum. Manifestum autem ē
creatorē nihil frustra vel ociose fecisse nec
in posterum facturum esse frustra autem
dedisset anime humāe vires ad comedē
dum hunc suauissimum ac preciosissimū
panem nisi eum et esibilem seu manduca
bibilem exhiberet. Necesse ergo est vt se
ei manducabilem exhibeat. Amplius
si materfamilias filiis pro captu eorum
seu congruentia cibum ministrat natu
rali pietate que etiam quodāmodo iusti
cia est. Ita vt aliis cibum in specie lactis
aliis in specie panis aut sorbiculaz. Quā
to magis fontalis ac inestimabil' pietatis.
ds z sup oēm comparationē plus diligēs
filios gracie sue z adoptionis quam pos
sit mater quecūq; diligere filios vteri sui
ministrabit eisdem panem vite pro captu
z congruētia singulorum habet enim ad
ultos ac perfecte etatis atq; virtutis filios
scilicz angelos sanctos z animas sanctas
que miseratione eius ad eorum consorti
um iam assumpte sunt hij capaces sunt z
potentes comedere panem vite tam vir
tute quam amplitudie oris z ventris spi
ritualium in ipsa forme sue soliditate in
qua ipe in ipsa eterne refectionis ac sacie
tatis mensa celestibus conuiuiis. pleno
ore comedendus apponitur. Hec ē men
sa quam eterna sapiētia proposuisse z pos
se legitur puer. ix. De hac mensa ipsa ve
ritas dicit Luce. xxij Ego autem dispono
vobis sic disposuit mihi pr sallicet vt eda
tis z bibatis super mensam meam in re
gno meo Habet deus pater z filios par
uulos quibus impossibile est panem vi
te i sue forme soliditate comedere Qua p
pter in alia forma necesse est deum mise
ricordissimum patrem atq; virtutum eo
rū in alia forma in qua eis esibilis sit ap
ponere. Nulla autem forma est ad hoc
illi pani conueniens que non ostendat il
lum esse panez. Omnis enim alia forma
absconderet et comedere volentes ab eo
auerteret. Si enim non apparet panis
in mensa hoc est cibus. generaliter id qd

in ea appositum esset quis ad illā causā comestionis accederet. Preterea ipse ap positor nese velle conuiuas reficere nec eos cibum appositumcomedere sed poti us cibum illum ab eis velle abscondere se ostenderet. Quia ergo benignissimaꝫ dei voluntatem quam habet de reficien dis conuiuijs suis ac de nutriendis filijs adhuc paruulis innotescere modis om nibus necessarium ac salutare ē filijs. Di uine autem magnificentie decens et ho norificū fuit panē hūc filijs apponi filijs inq̄ adhuc puulis sub forma q̄ panis eē ōndit euidēter necesse fuit oīm ar formaꝫ ad hoc conuenientissimā formam panis corporalis visibilem esse. Manifestum est propter vehementem similitudinē panis ad panem id est refectionis ad refectiōꝫ propter qd etiam in nomine ꝯmunicāt vt vterqꝫ panis et vtraqꝫ refectio nominetur. Jam autem diximus q: ad intelligibilia spiritualia cognoscenda non est via com munitati hominum nisi per similitudines et quia inter similitudines ꝯuenientiores ꝛ efficatiores sunt ad hec q̄ maiores sunt ac vehementiores quales sunt que comu nionem nominum inter visibilia et spiri tualia fecerunt sicut lux oleū et vnctio. hāc autem communionem vides inter panē corporalem et spiritualem. similiter inter refectione corpalē ꝛ spūalē. Jam ergo de claratum est tibi quia panem vite appoīt sūmus paterfamilias filijs suis adhuc per uulis sub forma panis materialis atqꝫ vi sibilis. Et quare sub aliā forma nullaten⁹ aut decet aut expedit illum apponi. Quē admodum autem idem nutrimentum si ue cibus de ipsa specie panis et de specie lactis ab adultis ꝛ paruulis sumitur Idē dico scdm speciem sic idem verus ac viui ficus panis sub ipsa forma sue veritatis tā q̄ ab adultis et perfectione virili preditꝭ in eterne refectionis mensa et a paruulis hoc est nobis in mensa altaris sumitur ꝑ uulos nos dicimus pro statu vite isti⁹ cō paration ꝑfectiōis de q̄ dr ad Ephese. iiij. Donec occurramus in virum perfectum ꝛ immensuram etatis plenitudinis christi Jā enim sumus paruuli paruuli inq̄ tam p̄ uitate intellectus q̄ paruitate affect⁹. Cu ius paruulitatis exemplum euidens ē in paruulo literali cuius intellectus adeo paruus est et angustus vt maius bonum pomo vno aut nuce aut pugillo lactꝭ aut aliquo alio huius capere cognitionem non valeat. Similiter ꝛ affectus eiusdeꝫ adeo paruus est et angustus vt nihil ma ius hijs que nominaui m⁹ amore seu cō cupiscentia capiat. Sic se habet intellect⁹ noster in ista paruulitate de qua ad illaꝫ quam diximus perfectionē diuine gracie beneficio ꝑuehendi sumus vt panem vi te pro immensitate sua cognitione capere non possumus. Sic ꝛ affectus noster hic a deo modicus ē et angustus vt eū dilectio ne plene non capiat Et vt ita dicam⁹ ipa brachia charitatis huic breuia sunt vt im mensitatem eius complecti non sufficiāt Et forte sicut paruulos occideret cibus so lidissimus atqꝫ fortissimus in vltīo soli di tatis et fortitudinis sic mentem humanā ex vtraqꝫ parte extingueret quantū ad vi vitam nature panis a vite. Sic nec diuꝫ glo rificate menti pro immensitate qua glorifi catis apponi-tur se infunderet. Quemad modum enim cibus incompabiliter ma ior faucib⁹ et ventre disrumperet. Et hoc ē quod legitur exodi. xxxiij. Non poteris videre faciem meā Non enim videbit me homo. et viuet cuius exemplū est in visu corporali cui cum lux super capacitatē ei⁹ vehementior se infundit illum extinguit atqꝫ mortificat. Similiter calor vehemēs tactum ꝛ sonus vehemens auditū et ita de alijs. Manifestum enim est intellectuꝫ non glorificatum inaccessibilis vere luci fulgorem ferre non posse similiter et affe ctum torrentem voluptatis sustinere non posse. Or autem vltra vires aut capacita tem aut imponitur aut infundiť vires co git deficere et hoc est mors. Hoc est qd le gitur Job. xxvj. Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus tonitruuꝫ ma gnitudinis eius quis potent sustinere vl intueri. Sicut autem videmus quia in vi sionib⁹ et raptibus ꝑphetancij et contē plancium vita corporalis deficit lucem vi sionis aut gaudium aut nitorem ferre nō sustinēs. Qualiter sustinere posset mens humana non glorificata tantum fulgorē et tantum gaudium. Omnis enim visio prophetica quantecunqꝫ claritatis esse vi deatur ad fulgorem in quo angeli sancti et anime glorificate sunt nec comparatio nem habet tenebrosissime noctis ad sere nissimum hunc diem Ista tamen non diffi nientes sed magis disputātes dixerim⁹ de morte scilicet anime non glorificate ex

nimietate et vehementia fulgoris diuine
lucis. Amplius. sub ea forma qua ma
gis esibilis ē panis vite paruulis illis eis
apponendū esse ymo apponi a sapientis
simo amātissimoq; patre deo nulli debet
esse dubium. Magis autem eum esse esi
bilem in ea forma seu sub ea forma qua
facilius in os intellectus et ventrem af
fectus intrat manifestum est in os autem
intellectus humani ꝓstrati huiusvie nō
intrat nisi per formam similitudinis aut
figure. innudate em̄ forme sue ꝓut ē apō
semetipos in os intellectus humani ma
xime adhuc paruuli illuȝ intrare totaliter
inpossibile ē. Quia ergo sub ea forma in
os intellectꝰ humani intrare maxime fa
cilis seu esibilis est panis vite que maxie
similitudinis expressiuissimeq; est ad formaȝ
eius ꝓpriam secundum quā apud semet
ipsum est panis vite maxime esibilem illū
ē sub forma panis material' atq; visibil'
quantū ad os intellectus manifestum est
ꝛ qm̄ apprehensiones affeccōs generāt sui
gradꝰ ꝛ sue ꝓpanōis sueq; ꝓpornōis sub
ea forma scilicet panis materialis atq; vi
sibilis faucibꝰ seu palato affectūs affectus
inq̄ adhuc paruuli necessario est ideȝ pa
nis appetibilior atq; sapidior vētrisq; ei
usdem magisq; reuertiuus atq; repletiuꝰ
sapiditate inq̄ seu sapore spirituali ꝛ hoc
per interpositam nubem figure et rn̄den
tem masticationi seu apprehensioni intel
lectus que in ista paruulitate non peruenit
ad nudum proprie forme viuifica panis sȝ
per interposituam figurā vt vbicūq; quoci
ens sciat ꝙ ꝛ vt potest de illo cogitare ꝛ esti
mare conatur. Certū autē est nobis mul
tos fideles verum ac viuificum paneȝ in
illo sacramēto in forma humana Vidisse
et saporeȝ inestimabilis suauitatis ex eo
dem sensisse. Nos autem vt ab initio di
ximus. Non priuilegia paucorū hic ꝓse
qui intendimꝰ sed magis legem cōmunē
fidei ꝛ catholice doctrine stabilire. Si qs
autem dixerit ꝙ quemadmodū in sacra
mento baptismi non est necesse vt sub aq̄
visibili sit aqua viuifica inuisibilis que est
spiritussanctus et ꝙ non ibi sit veritas a
que visibilis post sanctificationē ipsius sȝ
sola forma. Similiter neq; sub forma sa
lis sapientiam eternam esse et sub specie
ipsiꝰ salis transsubstāciationē fieri nulla
tenus vel necessarium est vel etiam verū
Et adhunc modum sub forma olei oleaȝ
leticie esse quod est spiritus scilicet substā
cieq; olei transsubstanciationē fieri nul
latenus vel necessarium est vel etiam ve
rum. Sed sicut deus prestat per aquam
rite baptizatis et mundiciam et graci
am regenerationis per puram inquam ꝛ
veram aquam materialem licet non ex
virtute eiusdem aque. Sic et in sacramē
to altaris per purum ꝛ materialem panē
atq; visibilem nulla ipius trāssubstāciati
onē facta prestat vite spiritualis sustenta
tionem et robur rite sumentibꝰ. Respon
demus in hunc errorem iam non nullos
lapsos fuisse forte ista ratione quam dixi
mus et alia quia non intellexerunt neq;
aduerterūt quia in sacramēto altaris ipe
panis vite per se ꝛ propter se principaliter
petitur quare ipse secundū se ꝛ per se ap
petitur et non tamen queritur gracia vel
munus ab ipso quam ipemet. Eiꝰ enim
vnio spiritualis ad nos id est ipm̄ nobis
vniri vnione spirituali sacramento istius
queritur. In baptismo aūt spiritus scilicet
non vt ipē neque ꝓpter ipsum sed magis
munus ab ipō. licet propter ipsum id est
ad gloriam ipsius id est propter benepla
citum eius Cuiꝰ exemplū est in aqua que
queritur ad lauacrū ꝛ que queritur ad po
tum. Similiter in sale ꝛ oleo cum querū
tur ad cibuȝ id est cum queruntur ad me
dicinam. Siciēs enim ipsam aque substā
tiam querit vt ipsaȝ intra se recipiat ꝛ sibi
incorporet et nutriat volens autem lauari
non aquam ipam sed magis quod ex ipa
ē mūdiciā q̄rit. Et lȝ verū sit ꝙ baptismale
sanctificatione prestetur fidelibus vt vni
tate siue vnione gracie cum ipso deo vnū
efficiantur. Et tota eciam trinitas beate ꝛ
benedicta se infundat vel vniat dicta vnī
one cum illo sacramento proprie ꝛ per se
mūdatio ꝛ renouatio ac regeneratio ꝛ in
eo ꝙ tales queruntur ꝛ nullomodo re
fectio vel sacietas. In eo ꝙ refectio vl' sa
cietas. Non enim interrogat baptizādꝰ
vtrum velit sacramento refici vel saciari
ymo magis vtruȝ velit baptizari. In hoc
ergo sacramento altaris ipse vite panis
a fidelibꝰ q̄sī eos vt ipse met seipō reficiat
ꝛ repleat eisq; ipse in uisceribus cordium
ipsorum inhereat et vnione insepabilis
amoris eisdem ipe vniatur. ꝛ ipi illi. Ap
paret autem ex hoc substantiā panis ma
terialis atq; inuisibilis in illo sacramen
to post aduentū celestis ac viuifici panis

nullatenus remanere. Nulli enim usui seu
fructui necessaria est ibi nisi propter sustē
tationem accidentiū ipsius. Quare acci
dentia simul accepta putamus formā pa
nis visibilem. Non indiget autem omni
potens virtus vivifici panis. illo fulcimē
to. cum ipse sit portans omnia verbo vir
tutis sue. Sicut legitur in. j. Ad hebreos
Amplius. cōvenientius est ut ipse portet
et sustentet virtute ppria formā sibi serviē
tem. et presentiā ipsius quatenus valet o
stendentem quā alia substantia maxime
cum et tunc aliam substantiam non indi
cent neque ostendant. Hic autem intelliga
tur veraciter omnino portet vel sustētet nō
eo modo quo substantia panis materia
lis ea parabat prius. ea enim portabat ut
sua scilicet candorem ut quo erat candida
saporem ut quo erat sapida et rotundita
tē ut quo erat rotūda. Panis aūt vite nō
ut in se habens ea. sed ad indiciū p̄sentie
sue et sacramenti mysteriū salvat ea et cō
servat in eē suo. Amplius. dignum et
iustum est ut adveniente vero ac vivifico
pane cedat ei materialis ac visibilis panis
substantia et recedat ab accidentibus et for
ma sua visibili. relinquens eā ministerio
tantū sacramenti cui ipsa forma necessaria
est. Substantia autē supervacua omino
ibi esset et omnino inutilis. Sive enim su
meretur et comederetur illa substantia sive
non omnino inutiliter ibi eēt. Inutiliter
enim comederetur cum nec opus hoc ibi fit
nec huiusmodi comestio ibi queratur. In
tanto enim sacramēto in tāto dei opere ali
quid esse supervacuū vel inutiliter impos
sibile est. Quod autem ibi fit et non comeda
tur faciente eo qui sumit ad comestiōē p
tinent videlicet masticante. saporante. et
transglutiente. secundum naturā impossi
bile est. Nec est contra naturam nullo mō
imo secundū naturam est eique convenientis
sima nec iniuria eius est. Imo iusticia
et ius creatoris ut ei advenienti honorem
deferat. Relinquens ei penitus locum su
um. et alia sua que ab eo habebat fruitio
ne ipsius. Et hec est quod pia ac veridica fi
des in isto sacramento et tenet et predicat
videlicet quod panis materialis atque visibi
lis advenienti pani vivifico velut creato
ri honorē deferens locum suū ei relinquit
formam visibilē sacramentali servicio et
ministerio ipsius et hec est intentio verbi trā
substanciatiōis. transitus scilicet substācie
panis materialis atque visibilis ad advē
tum vivifici panis salvata forma id ē va
rietate accidentiū ad mynisteriū sacramē
ti. Non enim potest dici generatio vivi
fici panis ibi fieri cum panis esset illesus et
integer. Neque corruptio panis materialis
cum eius forma substancialis ibi nō ma
neat ymo esse desinat. Et materia ipsius for
mam panis vite non inducat neque materie
ipsius panis vite addatur nullatenus vel
accrescat. Si enim alterutrum horum eēt. non
effugeremus nullatenus quin generatio
eius fieret que est acquisitio forme substā
cialis in priori materia aut crementū eius
dem. quod nō est nisi acquisitio materie
in priori forma. Cum autem in verbis san
ctorum legitur quod iste panis fit corpus xpi
vel convertitur in ipsum. ad intellectum et
intentionē quam diximus transsubstancia
tionis referendum est. Transsubstanciatio
vero vere cōtraria est corruptioni secūdū
quod de ea intendit philozophus na tu
ralis In corruptione enim omnia penitus
destruuntur. Preter primum quod est mate
ria. In transubstāciatione aūt nihil omni
no remanet de pane preter novissimum
vel ultimum quod est accidentiū sensibilium
varietas sive sensibilis forma. De his aūt
perscrutari diligentius atque diffusius p
lixitatem nobis induceret et preter ppositum
tum esset. Sufficit enim ad pietatem fidei
quā hic intendimus stabilire credere et tene
re quod sub forma panis materialis atque vi
sibilis in altari post benedictionē sacerdo
talem rite factam. apponitur panis vite.
et sub forma vini visibilis potus vite. Et
intelligimus non solum ipsum xpm solū
secundū formam divinitatis panē esse vi
te. sed et etiam potum vite. Sed etiā cor
pus eius quod pro nobis in cruce pepen
dit et sanguinem. et hoc declarabimus in se
quentibus ipso illumināte et adiuvante.
Verum revertimur primū ad id in quo era
mus et dicemus quia mensa altaris men
sa animarū est non corporum. Et quod si pater
misericordiarum providit mēsam alendis et re
ficiendis corporibus humanis que omino
nec utilia sunt nec curāda nisi propter ani
mas multo fortius providit animabus no
stris mensam congruentē eiusdē refectio
nis et alimenti eisdem. Quia ergo ma
nifestū est corporalem cibū refectioni aīa
rum omino non esse valem. quēadmodū
et cibum spūalem palam est omnino in

vilem esse corporib9. Manifestum est in mensa altaris postq̃ mensa animarū effecta ē nihil hr̃e corporalis cibi vel potus Alioquin non solū superuacue illud haberet sed etiā ad illusionē ⁊ ridiculū. Quē admodum enī si corporibus reficiēdis apponeretur cib9 spiritualis illuderetur eis Sic ⁊ in mensa animaꝝ cibus corporalis ad illusionem animaꝝ tm̄ esset ⁊ ridiculū Manifestū est ergo post benedictionem sacerdotalē rite factā in altar' mensa nec panem esse corporis hoc ē materialē nec vinū. Ex tūc enī mensa est animaꝝ. Totū autem q̄ ante in ea est vel fit preparatio est sic preparatoriū ad spiritualē refectiōz ⁊ mensam animaꝝ. Placuit aūt clemētissimo miseratori omniū deo ӧclarare istō congruenti ⁊ decenti miraculo. Cum enī quidam formis illis panis ⁊ vini subesse crederet verus panis material' ⁊ vini substancias. aliis cibis vti nolebat et ꝓpter hoc in multa quantitate cōficiebat. iuxta quod ad sustentationē corporis sibi sufficere estimabat. Hinc est q̄ infra paucos dies deficiēs absq̃ alteri9 morbi occasione. ipso experimento defect9 discere potuit non sub esse formis illis q̄ corpus ei9 nutrire vl' sustētare valeret cū substanciā impossibile sit nutriri accidentib9 possunt q̄dem accidentia ⁊ sitim extinguere ⁊ famē sedare. Cum enim sitis calore vigeat ⁊ siccitate frigiditas ⁊ hūiditas ratione cōtrarietatis illas indubitanter extinguere pñt virtutē sua naturali sine ēēnciali. Similr ⁊ cū fames vacuitate vigeat vt ita natural' fames nihil aliud esse videatur quā sens9 vacuitatis vel euacuatio stomachi vel in ipso stomacho Quantitatis autē corporalis per se et substancialiter essencialiter repletiua sit loci sine vacui. Manifestum est q̄ ipsa quantitas ratione contrarietatis naturalis quam habet ad vacuū sicut potest tollere vacuitatē sic ⁊ sensum ipsius. Quare et famem. cum fames sit sens9 ipius. Q9 autem substancia nutriri non possit accidentibus inde manifestū est. quia si possz eis nutriri posset ⁊ augeri. cū ⁊ augmentū fit ex sup habundātia nutrimenti. preterea subtracta occasione accidentium posset diminui substantia. si hoc essz ⁊ ita vel de subtractione lucis minueretur de nocte. ⁊ eadem ratione additione eiusdem cresceret de die. Accideret etiam ex hoc accidētia posse comedi ⁊ bibi. Nō negam9 autem odore quodā posse nutriri corpus sed odor iste est vaporosa substantia non accidens. Odore autem qui accidens sit impossibile est.

Post hec temptabim9 etiam astruere quia panis vite in forma hūanitatis ex necessitate est in mensa altaris postq̄ effecta est vt dixim9 per sacerdotalez benedictionē mensa animaꝝ ⁊ declarabim9 etiam cū hoc q̄ caro sive corpus ipsius cibus ē animaꝝ. Et sanguis eius similiter potus animaꝝ et faciemus sciri qualiter hoc est. Quia ergo iam declarauim9 supra i tractatu quē vocauim9 cur deus homo ipsum deū ac dei filium tria pro nobis spūaliter officia suscepisse videlicz sacerdotale eo q̄ minor sacramētando generi humano et cure totius ecclesie generis hūani sufficere nō poterat Deinde aduocati eo q̄ per minorē aduocatum totius generis humani causa agi non poterat. Tercio medici eo q̄ per minorē totius generis humani lesiones vulnera ⁊ morbos curari non erat possibile Quia in officio misse tria ista aguntr ymo ipsum officium q̄dam modo ista tria ē officia. necesse est in officio misse tria hec illum agere. Imo in ipsa missa tria hec illū officia exequi vel implere. Officiū enī misse sacramētationē ⁊ sanctificationē tot9 populi dei esse nullū dubiū ē. Quia ergo fidelissimū sacerdotem ad sacramētandū populū sive q̄uis de populo sive ad sanctificandum rite vocatum si comede possit aduenire necesse est et etiā non vocatū p nuntiū sacerdotez rite in misse ⁊ altare que misse sunt agentē vocatr iste sum9 sacerdos p insinuationē ad min9 ⁊ necitatē executiōis licz vocatio adeo fidelis sacerdotalis ⁊ necītatē executiōis officii sui plenissime videntr. necīa non sit ad missā ergo vt sanctificatiōis ⁊ sacramētatiōis impleat in ea officiū ipm venire necē est. Venire aūt in eo q̄ sacerdos Non aūt est sacerdos nisi in eo q̄ hō ⁊ in hūana forma Necesse ē ergo ipz interesse misse in eo q̄ hō ē ⁊ in forma hūana. Amp. q̄ sacerdotale officiū qd̄ est sanctificatiōis nō expletur nisi per hostiā qua grā sanctificationis pplo impetret. Nulla aūt hostia īpetrare potuit nisi ea quā ip̄e in ara crucis obtulit. ⁊ hoc ē ipsemet fm̄ q̄ homo sicut dicit Apl's in. ix. ad hebre. Q' semel in cōsumatiōe sclo ꝝ ad destructiōz pctī

hostiam suam appervit. Vltr in .x. ad he-
breos. Sanctificati sum⁹ p oblationē cor
poris xp̄i iesu semel. Et alia de eodē expr̄s-
se legunt̄ ibidē. Necesse ē ergo hūc adue
nire ex officio sacerdotali suscepto ad san
ctificādū seu sacramentādū pp̄lm per ho
stiam suaȝ Iuxta hūc modū q: fidelis ad
uocatus necce habet interēē cause qm̄ co-
ram agēda suscepit si possit qn̄iens causa
agitur ipa vl' p̄ntiam eius desiderat Cau
sa aūt tot⁹ ecclesie in missa agitur scȝ co-
ram deo patre tanquā p ꝓcuratorē sacer
dotē. Necesse ergo hȝ ibi interēē causam
agere hui⁹ aduocatus. Non aūt ē aduo-
catus neqȝ causaȝ agit nisi i in quantū hō
est. Necesse ergo hȝ ibi eē ꝛ assistere ꝓcu-
ratori sacerdoti maxime q: causa ista nō
agitur nisi p interpellationeȝ ꝛ nō nisi ex
ore ei⁹ digna est suscipi ꝛ p mun⁹ qd̄ ipe
met est qd̄ ꝛ nisi ipe met obtulit deo patri
acceptū esse non potest mun⁹ autē istud
ipse met est. Tercio q: oportet fidelē me-
dicum egrum quē curandū suscepit visita
re quociens infirmitas requirit. Et hoc ē
vngēns ꝛ medians que curatiōi eiusdeȝ
necessaria sunt si possibile est medico pos
sibile ē autem hmōi medico quicqd vult
ꝛ quicqd possibile est quia ergo tota ec-
clesia sua imo vnusquisqȝ de ecclesia sua
eger ē hoc est medicatiōe indiget siue ad
curationē siue ad conseruationeȝ siue ad
ꝓseruationē siue ad ꝯuersationē queȝ ad
curādū mirabili miseratione suscepit ne-
cesse habet ad curandū ipm quotiēs op⁹
est venire. opus aūt est quotiens de me-
dicatione eius agitur ꝛ sanatiōi eius intē
dit̄. Q: ergo ad hoc missa agit̄ ꝛ quicqd
in ea fit vt hmōi ergo medicatiōis impē-
dat̄ officiū ꝛ sanitatꝭ bn̄ficiū. Necesse hȝ
misse officio interēē hoc in eo q medic⁹
hoc ē forma hūane ꝛ cum alabastro oīm
vngētoꝝ spūalium q in cruce factū ē. Hoc
est hūanitas ipius. Et sic legit̄ xiiij. marci
vel cū ipsa carne q̄ est cathaplasma ꝯtra
omnes dolores ꝛ lesiones spūales sic
ꝯsolidatiū solidissimū atqȝ firmissimū ꝯtra
oēs humores nocios vicioꝝ ꝛ cū sangui-
ne suo q est velut syrop⁹ mulcebris atqȝ
dulcissim⁹ atqȝ tanqȝ medicina liqda va-
lens contra oēs animaꝝ languores ꝛ vul-
nera. Quoꝝ duorum virtutes in ipa dn̄i
ca passione potissimū claruerūt Sicut etiā
in ꝓemiato tractatu declarauim⁹
Amplius. postulatus paterfamilias
ꝛ naturalibus siue carnalibus panē na
turalē necāriū et a filijs ex ipa naturali pi
etate atqȝ iusticia illum denegare non pt
Quanto ergo fortius pater spirituū deus
in quem omnium oculi sperant panē spi-
ritualem filijs spiritualib⁹ porriget ꝛ hoc
p congruentia paruulitatis siue virilita-
tis ac perfectionis eorum. In forma enīȝ
humana panis est paruuloꝝ xp̄s domi-
nus in forma enim diuina nō est esibilis
vt supra ostendimus. Attende autem q
quatuor ista que nominauim⁹ et nume-
rauimus officia xp̄i hominis sunt id ē fm
q homo et omnes post ꝯmuniones mis
sarum ad ista quatuor referuntur. Quali
bet enim post cōmunionē aliquod istoꝝ
petit̄ sanctificare enim vt sacerdos ꝛ ho-
stia ꝛ interpellare vt aduocatus ꝛ iusticia
ꝛ mederi vt medicus ꝛ medicina. ꝛ pasce-
re vt dapifer ꝛ esca non nisi mediatoris ē
inquantū mediator Et ꝓpter hoc tota mis
sa p̄ncipaliter est xp̄i officiū licet sacerdos
ꝛ alij nōnulli adhibeāt ministeriū. Qua
ꝓpter euidens ē missaꝝ solennijs ipm ne
cessario interēē ꝛ q̄tuor ista officia in eis-
dem adimplere. Attēde etiā quia mis
se celebratio diligēter intuētib⁹ non ē ni-
si pp̄li sanctificatio per inuocatiōȝ diuini
nois ꝛ sacrificiū ꝛ actio seu vētilatio cau-
se eiusdē pp̄li coram deo per p̄ces ꝛ mūe
ra ꝛ meditatio eiusdē pp̄li siue pocionatio
spūalis tāqȝ p anthydotū et syropuȝ et
refectio siue cibatio eiusdē spūalis tanqȝ
per panē ꝛ vinū et ista q̄tuor euidenter in
p⁹ ꝯmūionē petitiōib⁹ ꝯtinēt. Amp.
quia natura inditū est cordib⁹ hūanis et
ꝯsuetudine vsqȝ firmatū vt cōmunio ci-
boꝝ corpaliū ꝯmunionē dilectiōis in eis
piat et nutriat maxie aūt erudibiles siue
docibiles sum⁹ eis vijs p q̄s facili⁹ et ma
gi⁹ docibiles sum⁹. Ille aūt sunt vie diuinæ
q̄s ipa ꝯsuetudie et vsu iā notas hūimus
Quare ꝯmūionē sacrā cibi spūalis et sā-
cte dilcōnis hr̄e docēdi eram⁹ et si ꝯmu-
nio cibi corpalis eo vsqȝ ad ꝯmunionē di
lectiōis sibi ꝯgruent̄ adeo valet et ꝓficit
Quāto fortius ꝯmūicatio sacre refectōis
ad optinēdā vel nutriēdā sancte et sincere
dilcōnis ꝯmūiōi valebit et si ꝓpt̄ illā mē
sa corpalis refectiōis paranda est. q̄nto
fortius propter hanc viuifice dilectionis
cōmunionem in mensa spūalis refectionis
a sapientissimo amantissimoqȝ patrefa-
milias in domo sua filijs suis ac famulis

parabit. Amplius. quia amor iste panis vite vera ac spūalis comestio ipsius est necessario esse amabilem erit esse comestibilē ⁊ esse magis amabilem ⁊ per ꝗ magis amabilis et magis comestibilis. Quia ergo per hoc ꝙ homo pro nobis ē passus magis amabilis non dico ꝓpter hoc in via ista necessario per hoc ⁊ magis comestibilis nobis vt nunc. Quare ꝑ hoc ⁊ vt quantum talis nobis apponendus hic necessario. In forma ergo humana quā pro nobis suscepit ⁊ in qua ꝓ nobis pati dignatus est necessario est in mensa spūalis refectionis apponend⁹. Amplius. quod maxime suadet ⁊ ingerit amorem signum est ipsi⁹ amoris quo amare se ostendit qui amari querit. Omniū aūt signorum amoris certissimū est mors pro amato suscepta. Omnis enī certitudo in omni corde humano quasi vna ꝑma ex primis impssionibus. Hinc est vnusqsqꝫ dicit ad ꝓbationē amoris quo amari se credit ab alio a deo me diligit ille ꝙ pro me si opus esset moreref. Manifestuꝫ est ergo quia ꝙ maxime cordibus nr̄is vnit vnitione amoris. Panem vite. mors est quam pro nobis pertulit. quare inquantum ꝓ nobis mortuus. In tantū maxie amabil' in cordib⁹ nr̄is maxie vnibilis q̈re spiritualiter maxime mādūcabilis ⁊ ꝓpter maxime in forma illa apponendus.

Amplius quia tota vita gracie similitudo quedam est licet permodica longissimeqꝫ distans ab illa vita glorie necesse est vt quicqd est istius vite scilicet glorie et vmbram ⁊ similitudineꝫ sibi rn̄dentē habeant in vita gratie. Quare refectio glorie habet similitudinē ⁊ vmbram sibi respondentem in vita gracie vt quēadmodum dies pleni luminis glorie habet hic velut diluculū ⁊ tāqꝫ diescentiū tenebraꝝ crepusculum scilicet fidei ⁊ scientie vel alterius. qualescon ueniūt vite ⁊ sic plena refectio glorie habet pregustationē ptennuem huius vite. Simlr mensa mensam ⁊ appositio appōneꝫ. Mensaꝫ ergo ⁊ appositionē panis vite ⁊ ꝑgustationē ei⁹ de compatione future sacietatꝫ ptenuissimā in via ista in domo dei eē necesse ē. Et qr iam diximus quia in gloria forme sue nō ē hic esibilis panis vite nec ꝑgustacōi vl lomō ꝯgruit forma illa necesse est vt sub alia forma presentes conuiuas inuitet ⁊ attrabat ⁊ ipm panem vite pro captu parvitatis eorum ostendat apponi necesse ē.

Amp. quia non minor est virtus quā ꝗrere parta tueri. Sed ꝓ vno lapsu ade semel offerendus fuit filius dei in ara crucis vt alibi ostendim⁹. ergo ⁊ pro q̄tidianis quotidie et pro assiduis assidue ꝓut eis congruit ⁊ pro conseruatione acquisitorum ꝗdiu in periculis sunt necessario offerendus ꝓpter quod auteꝫ primū per mortem offerendus fuit vt redimeret oēs ex eo regeneratos quēadmodum adam ꝑdiderat omnes vno peccato omnes ex se generatos nos iā alibi declarauī⁹ Hic autem dicim⁹ quia redemptoꝝ conseruatio ⁊ quotidiana peccata venialia iuge ⁊ quotidianū requirunt sacrificium et assiduum sacerdotis officium omnium autem sacrificiorū que per sacerdotē offerri pn̄t ipse sacerdos xp̄us acceptabilissimū est. placabilissimuꝫ quippe tota fornace charitatis succensus. hoc est ardens ⁊ flammēs tota emientissimaꝝ ꝟtutū suauitate odoris ymo flagrātissim⁹ ac pro ipa sanctitatꝫ excellētia deo pr̄i gratiosissim⁹ Hu⁹ ergo sacrificiū iuge ⁊ q̄tidianū esse q̄tidiana pctā regrūt. Qr nisi i ecc̄ia sua q̄tidie ⁊ ab eadem offeretur non impleret ipsem in ea officiū sacerdotis. nec ipsa ei⁹ ecc̄ia ꝟe religionis deo impēderet cultū Amplius cū sacerdotis sit preces ⁊ vota ppl'i offerre que nunquā ea puritate qua decꝫ offeruntur nūqūaqꝫ acceptabilr nisi sacerdos seipsum primum offerat. In missa at preces ⁊ vota tocius populi ecclesie dei q̄ tot ⁊ tanta sunt offeruntur. Presentem ergo oportet esse sacerdotē qui hec offerat deo patri. Amplius. ouium ⁊ boum ⁊ ceterorum animaliū quorundaꝫ grate erant deo aliquando oblatiōes propter deuotionē ⁊ obedientiaꝫ offerentiū cum animalia illa nihil habeāt omnino in se ꝙ deo debeat esse acceptū ꝓ aliis. Quāto fortius hostia hec de qua loquimur videlicet homo dei filius omni placatione gratiositate omniūqꝫ virtutū refertissima deo patri gratissima erit ⁊ acceptabilissima ꝓ q̄buscunqꝫ offerri voluerit deo pr̄i erit gratissima. Qua ꝓpt̄ de tali ac tanta hostia ꝓuidendū fuit ecc̄ie dei cū de suo inuenire non possit ꝙ ꝓ pctīs q̄tidianis offerret. Sic enim morbis eius ⁊ egritudinib⁹ ꝑ medicinā ꝓuisuꝫ fuit a deo occurrendū sic ⁊ paupiati q̄ q̄tidianis offensis sufficiētē oblatiōꝫ n̄ hēbat sue largitati di

uine beneficentia consulendū. Nos autē
capitulum declarabim⁹ insequentib⁹ q
sine hoc iugi sacrificio nō impleretur nec
perficeretur pro statu huius vite dei cult⁹.
Cum enim iuges ymo continue offensio-
nes quarum nec numerus est nec mensu-
ra iugem et continuam interpellationē re-
quirant seu dei ꝓpiciationē continue ac-
cusationes iugem ac iuges ac continuaꝫ
defensionem seu aduocatuꝫ euidens est
necessitas sacerdotis semper viuentis intꝰ
pellantis pro nobis. Ad hebre. vii. Simi-
liter et aduocati qui etiam ꝓpiciatio est si-
cut legitur. i. Joha. i. Continuas autē ideo
dixim⁹ offensiōes quia nec hora nec mo-
mentum reperiri potest in quo non inue-
niatur offensio aliqua vel peccatum ali-
cuius et tanto populo. Accusationes eci-
am dixim⁹ iuges et continuas ꝓpter ma-
lignitatē diaboli. De qua scriptū ē Apoc.
xii. Quia proiectus est accusator fratrum
nroꝝ qui accusabat eos die ac nocte aūt
cursione z publice illas sustinet. Quia ergo exteriora delicta vtraqꝫ pacem perturbant necessario subsunt vtrorūqꝫ rectorū hoc est spiritualiū z secularū iudicio. Et ꝓpter hoc furta z rapine et alia hmōi nō solūmō indicāda sunt iudicio seculari ꝓpter exteriorē huius vite tranquillitatē. sed etiam in foro spūali ꝓpter interiorē et spiritualem que ad deum et hoīes est pacē siue tranqlitatem. Et ꝓpter hoc necesse habent de hijs spūaliter cognoscere doctores seu iudices animaꝝ. In noticiā ergo eorū necesse habent venire. Quocūqꝫ aūt modo et i cognitionē iudicii spūalium veniāt quam per cōfessionē spontaneam ipsorū delinquentiū frustra z inutiliter veniunt quātum ad finē z fructū spūalis iudicij qui finis et fructus ē pacis interiore reformatio. Qui eñ cōfiteri contēpnit z iniuriosus deo existit qꝛ ius eius non recognoscit z iudiciū eius impedit. Amp. sic tenetur non exp̄mere falsitatē in quocūqꝫ iudicio ita et nō supp̄mere veritatē interrogatus. Quia ergo tā multipliciter delinquid abscōdens peccata sua z in iudicio illa cōfiteri nolens non soliī pacem ad deū non consequit. Sed etiaꝫ maius bellū contra se cōcitat. Certum aūt est qꝫ quid sit de alijs iudicijs z causis in dei tñ iudicio et causa necesse hꝫ vnusqꝫqꝫ testimoniū perhibere maxime interrogatus a iudice simul et parere sententie iudicis.

i
Am ergo declaratū est iudiciū penitennale debere eē z quia in eo tenemur etiam cōtra nos ipsos et pro deo z ꝓcuratores eē z testes et aduocati. Similiter et executores snie etiam ꝓprie condēnatiōis et ꝓpter hoc lictores et tortores nostri ipoꝝ. Et quia si in alijs iudicijs tenētur homies et eos ꝓdere ac etiam exhibere iudicibus ad supplicia et hoc pro pace z tranqllitate tempali ac ꝓ conſuatiōe seu defensione rerū tempalium que nullius momēti omnino sunt cōparatione spūaliū multo fortiꝰ nos ipsos quotiēs rei sumꝰ ꝓdere et accusare tenemur et exhibere iudicibus seu rectoribus animaꝝ non dico ad supplicia sed medicamenta et salutē ab vtraqꝫ morte et perditiōe. Et qm̄ oīe peccatū iniuria in deū est merito occurrendū est ei per ius iudicium atqꝫ iusticiam. Iudiciū aūt et iusticiam debet habere tribunale forū auditorium seu cōsistoriū z iudices atqꝫ p̄cones siue prefectos pretorio. Et ꝓpter hoc sicut sunt exteriores pene siue supplicia quibꝰ consulitur tempali paci tranqllitati et est quedaꝫ carnificina et cyrurgia exterior disciplina et gladiꝰ potestatū tempalū. Ita necesse est prefecturam eē spūalem et pretorium spirituale vbi fiant mutilationes flagellatiōes et excecatur velut quedaꝫ carnificina spūalis quā sponte z subeant et sustineant ꝗ deo de seipsis iudiciuꝫ ac iusticiam facere voluerit. Ampliꝰ. volentibus satisfacere deo per iudiciū ac iusticiam de semetip̄is querentibꝰ volentibusqꝫ facere vltionē deo de seipsis. Uel ē eis possibile in hac vita vel non qꝛ si [illegible] erit quis nō esse possibile. ergo nec natura li instictu ac desiderio ad ista naturaliter mouebunt cuꝫ naturalis motus nūqꝫ sit ad ea que sūt naturali impossibilitate ꝓhibita. Si aūt ē possibile et certū ē qꝛ non aliter fieri potest nisi p iudices alios a se maxie cū communitas hoim ignoret iudiciū istud et iusticiā. Manifestū ergo ē qꝛ cōmunitati hoim consulendū fuit de iudicibus spūalibꝰ quorū iudicio deo satis fieret de eis. Amp. offerente se peccatore iuri corā deo necesse hꝫ deus illū recipere. Alioquin iniustus eēt si patum stare iuri vltraqꝫ iudiciū et iusticia qbus se offert exigunt illū grauaret. Oīes aūt veraciter penitētes offerūt se iuri in curia seu consistorio ip̄ius dei et hoc hic id ē in hac vita qui si non hꝫ hic curiā siue consistoriū vbi tāta ē multitudo et eorū iuri se offerentiū. quis non videat quāto detrimēto glorie sue. Sic iste defectus dum necesse bꝰ̄i facit de hmōi et eis tam gloriosam iusticiam. Modice siquidē glorie ē in eos qui inuite patiuntur exercere iusticiam cōparatione eorū qui se non solum sponte exponunt patibulis sed etiam velut dei ministri z lictores atqꝫ tortores atrocissimi in semetip̄os. dei iniurias et cōtumelias vlciscuntur. Deinde quātum deū gubernatōi hominū esse phas ē debere regie dignitatis officio si in tanta pte regni sui non ꝓuideat qui iura reddat petentibus. Amplius. manifestū qꝛ in peccatore penitēte duo sunt videlꝫ natura quā deus condidit z que ē opus eius z culpa seu viciuꝫ seu peccatū quā miser peccator de suo adueniꝰ z infelici infaustaqꝫ ꝑmixtiōe bono dei operi admiscuit vel adiuxit veraciter aūt penitēs totū qd suū ē ꝓ

pcio inditio damnat morti. ẜ ꝛ ꝑditioni
adiudicat gladio qꝫ penitudinis ferit. ꝛ vt
ita dicamus de tota regione seu ꝓuincia
sua. Hoc est de tota potestate seu ditione
liberi arbitrij sui velut maleficos quosdaꝫ
exterminat et ꝓfugat. hoc autē dicim⁹ qn
tum in eo est aut ꝓ viribus. Isti autē ma-
lefici quattuor sunt ꝓmi ꝛ minimi male co
gitationes. Deinde male affectiones. Ter
tio male locutiones. Quarto male opera
tiōes. Istos tanq̄ȝ dei hostes de terra sue
ditionis ac potestatis vt diximus veracit̄
penitens ꝓ viribus expellere conat̄. Na-
turā ꝟo que dei opus ē ab h⁹ latronib⁹
de ꝑdatoribus liberare ꝛ a lesionibus q̄s
intulerunt sanare nec non spolia q̄ abstu
lerunt eidem ab eis eripere ipsiqꝫ restitue-
re satagit ꝓut potest atꝫ cōtendit. In hoc
ergo duo querimus ab aduersarijs ꝓmū
an ꝓpugnatorem istū suum deum in isto
bello adiuuet an deserat. Q⁹ si dixerit q̄s
deserent ꝛ nō adiuuat ipm in hoc duo se
quūtur eum incōuenientia. Primū ē deū
negligere opus suū. id ē naturā quā in ho
mine condidit contra cuius hostes nullū
prestat eidē auxiliū. Scdm est deū omni-
um dominoꝝ infidelissimum ac crudelissi
muꝫ qui athletas suos et bellatores ꝓ eo
decertantes adiuuare non curat. in nullo
em̄ dominū quantūcūqꝫ infideli ac seuo
ista infidelitas atꝫ crudelitas inueniūtur.
Q⁹ si forte dixerit quis ꝓpe vires peniten
ti in hoc sufficiūt ꝛ ideo neqꝫ infidelitas ē
neqꝫ crudelitas si nouū ei ad hoc nō ꝑsta
tur auxiliuꝫ. Ponamus ergo q̄ penitens
ꝑ seipm ꝑficiat id qȝ intendit et ad id ad
qȝ conatur sicut dicit aduersari⁹. Ad hūc
ergo statū restitutus est penitens vt nihil
inueniat̄ in eo nisi op⁹ dei et illud restau
ratū ē atꝫ restitutū vt dixim⁹. quapropter
nō inueniet in eo iustissimus iudex de⁹ vl
qȝ damnum vel ꝓ qȝo damnat. nihil in
eo inenit qȝ oderit aut reprobet. De iudi
tio ergo dei nō reportabit iste nisi senten
tiam absolutionis. cōfidenter ergo ac se-
cure viri se offerunt in dei curia siue in cō-
sistorio veraciter penitens et confidenter
ergo petit sibi reddi ius cū eis debeatur
sententia absolutionis a ꝑteritis peccatis
Q⁹ si dixerit quia iudicat eos deus nō q̄-
les sunt sed quales fuerunt. Manifestū ē
quia euidens ē in hoc et iniquitas et puer
sitas. Quemadmodū in visu diceretur eē
puersitas si eo iudicaretur esse albū qȝ ni

grū est. Iniquitas in eo q̄ malus iudica-
tur qui bonus ē et in hoc q̄ deterioris est
conditionis et minus potes apud deū ꝑ-
sens bonitas que vnqꝫ extat quā ꝑterita
malitia que omnino abrasa et abolita ē.
ac penitus adnihilata. Quid autē isto ini
qui⁹ cogitari potest q̄ȝ vt bonitas nō tm̄
valeat ad placandū misericordissimū de-
um bonitas inq̄ȝ quo est quantū malitia
que omnino deleta ꝛ adnihilata ē ad ipꝫ
offendendū seu ꝓuocandū. Quid ꝟo ꝑ-
uersius inueniri potest q̄ȝ vt malū iudice-
tur qȝ malū non ē et bonū nō iudicet̄ qȝ
bonū ē. Si autē prestat auxiliū deus peni
tentibus ad ꝑficiendū q̄ intendunt. vult
ergo eos ꝑficere q̄ intendūt. totū autē q̄
intendunt est recuperare ꝑstinā innocenti
am et gratiam ergo ad hoc perducit eos
Manifestū ergo est penitētes veraciter ad
pristinā innocentiam ꝛ gratiā restaurari.

r Edeamus ergo et dicamus aggre
gata ratiocinatione quia peniten
tes sunt qui et viri se offerūt ī dei
curia vel cōsistorio nō tam ad sustinēduꝫ
ius hoc ē iustificationē qualem exigit dei
curia. vel consistoriū q̄ȝ ad ꝓsequendum
ius absolutiōis et restitutionis gr̄e dei q̄ȝ
in auditorio illo reddi sibi petunt q̄ si nō
fuerit qui reddat quis maior defectus ma
gisqꝫ dei glorie derogans q̄ȝ iste salucet vt
desit qui iusticiam et iudiciū faciat poscē-
tibus. quid autē aliud q̄ȝ iudicem petebat
q dicebat. Iudica me de⁹ et discerne cau-
sam meaꝫ. Similiter et qui dicebat. Iudi
ca me dn̄e quoniā in inocētia mea ingres-
sus sum. Et iterū de vultu tuo iudiciū me-
um ꝓdeat. Necesse ē ergo deū habere et
iudices et curiā siue auditoriū vbi ꝛ iusti-
cientur iustificandi et restituent̄ restituen
di. Auditoriū autē seu ꝯsistoriū ꝛ iudiciū
nō possunt eē qualia decet nisi habeāt ac
cusationē et testificationē. Hec autem nō
possunt integre fieri nisi ꝑ ipos qui pecca-
uerūt. tū quia multa sunt occulta. tū quia
etiam spontanea debet esse accusatio.

Amp̄. ꝟo iusticia ab ipo incipit in quo
est et in illo maxime in ꝑmis opatur sicut
calor id in quo ē maxime et in ꝑmis cale-
facit et lux id in quo ē maxime. et in ꝑmis
illuminat et ad hūc modū de oīb⁹ alijs
Quare iusticia de veri nois seu vera illuꝫ
in quo ē in ꝑmis ꝛ maxime iusticiat. Qua
re in ꝑmis et maxime cōtra ipm accusati-
ones instruit instaurat testes sententiā cō

demnationis dictat. tormenta parat. tor-
tores instigat sicut legitur in Prouerbus.
xviij. Justus in pncipio sermonis accusa
tor est sui. Quoniam autem ista scilicet ac
cusatio testificatio ꝛ cetere partes iustifica
tionis seuerius rectius et per omnem mo
dum iustius coram alio ꝛ per aliuꝫ fiunt.
quā coram ipo et per ipm qui deliquit si-
cut manifestū est. Quis enim dubitat mi-
nus longe iusticiari minus per omnē mo
dum puniri. minusqꝫ iuste sub se coram se
et a se quam coram alio et sub alio vt enī
de aliis taceamus sola accusatō sine reue
latio delictorum coram alio plus habꝫ iu
sticiationis ꝛ tormenti interdū qꝫ magna
ieiunia et magne flagellationes. Am
plius. quid iustius siue iusticie congruen
tius qꝫ vt qui peccando se super se extulit
emendando se infra se deprimat aliqꝫ se
iudicandum torquendūqꝫ supponat. So
li enim sibi velle esse subiectum non tam
superbie ē qꝫ iniquitatis ꝛ iniusticie. Uen
dicare enim sibi prepositurarn aut iurisdi
tionem iure omnino aliena castra videli-
cet vel ciuitate absqꝫ superioris licencia vl'
auctoritate nō solum iniustissimuꝫ est sed
etiam iniquissimū. Quapropter nullus in
semetipso sibi iurisdictionem siue iudicādi
auctoritatē vendicare debet absqꝫ volun
tate dominatoris vniuersorum dei. Qui
si in temporalibꝰ que adeo vilia sunt no-
luit aliquem sibi iudicē esse vel ius sibi di
cere. imo coram alio ꝛ per alium ius audi
re. Quanto ergo fortius adeo in arduis ꝛ
periculosis videlicet spiritualibus noluit
aliquem in sensu suo ambulare nec volū
tate ppria duci. nec auctoritate inniti. Ne
cesse ergo habemus in hiis aliorū subire
iudiciū. quia omnino vel nullū erit vel ini
quū nisi de veritate delictorū iudicꝫ perfe
cte constiterit qđ esse nō potest nisi p con-
fessionē et testificationē peccantis. Am
plius. quoniā omne peccatū offensa ē ne-
cessario requirit repropiciationē seu recō
ciliationē. Et hoc impossibile ē vt fit nisi p
sacrificiū spūs cōtribulati siue cordis ꝯtri
ti in plapsis. Et q2 iniusticia ē necessario exi
git iusticiationē ꝛ tormentū ipius peccan
tis et q2 execratio ē necessario exigit sancti
ficationē siue sacramentū. Q' sicut sepe di
ximꝰ ꝛ ostēdimus necesse ē habere simili-
tudinē forinsecam atqꝫ visibilē cū ipa san
ctificatione interiori. Sanctificatio auteꝫ
interior nō ē nisi p orationem aut benedi

dictionē seu diuini nominis inuocationē
Et quia vinculū ē necessario requirit abso
lutionem. Ex quibus omnibꝰ manifestuꝫ
quare penitencie assignari solēt tria. viꝫ
contritio cōfessio et satisfactio. Quia eniꝫ
peccatū vt diximꝰ offensa ē dei ꝛ nō ē in p
lapsis repropiciatō seu recōciliatio eratꝫ
satisfactio eiꝰ absqꝫ sacrificio ꝯtriti cordis
ac ꝯtribulati spūs. Et qa iniuria est nō est
pacificatio de ipa absqꝫ iudicio. Judiciuꝫ
autem non est absqꝫ accusatione et testifi
catione contra delinquentem. Et hoc ē cō
fessio. neqꝫ est iudiciū absqꝫ iusticiatione
delinquentis et emenda facienda iniuriā
passo ꝛ hoc est satisfactio. Apparet eti
am tibi cum hiis ꝑpter quid ipa peniten-
cia sit et dicatur sacramētum videlicet qa
sacrat atꝫ sanctificat a recidiuis ꝛ iteratis
execrationibus et quia habet signum sa-
crans atqꝫ sanctificans. Signū dico simi-
litudinem habens cum ipsa sanctificatio
ne interiori. Manus enim sacerdotis sup
caput penitentis manū diuinam siue vir
tem adesse significat ad sanctificandū vel
significandum penitentem. Absolutio au
tem sacerdotalis aut benedictio absoluti
onem interiorē ac spiritualem quā omni-
potens dei virtus atqꝫ clementia in peni-
tente operant expressa similitudine signat
in hoc q lucernis accensis qui per totam
quadragesimā extra ecclesiam fuerant pu
blicos scilicet penitentes introducit in ea
per episcopuꝫ in die sancto Jouis expres
se apteqꝫ figuratur q per peccata et a do
mo dei exclusi ꝛ a consortio atqꝫ commu
nione sanctoꝝ separati per penitenciaꝫ re
cipiuntur ꝛ restituūtur ad vtranqꝫ illarū.
Et quia lucerne eorum que per peccata ex
tincte fuerant per penitenciaꝫ reuiuiscunt
in igne spiritussancti ardeant et luceant si
cut prius.

Uoniam auteꝫ recidiuis sordibꝰ
q corporū nec desinit lotores seu lo
trices nec lauacrū. ꝛ recidiuis vul
neribus corundeꝫ ac morbis nec medica
tores nec medicamentum. Similiter reci
diuis detritionibus corū atqꝫ ruinis nec
reparatores et reparamentū et hoc omni
potentis dei misericordia et ꝓuidentia et
bonitate faciente que malis hominibus
aut leniendis aut tollēdis remedia bono
rum oppositoꝝ redundantissima benefi-
ciēne sue largitate opposuit. quanto fortiꝰ
ns recidiuis sordibus animarum lotores

spiritales et lauacrum recidiuis vulneri
bus et morbis earundem medicatores et
medicamentum recidiuis ruinis ac detri-
tionibus earum reparatores seu resartita-
tores ad reparamentum recidiuis exera
tionibus earum sacramentum et sacrato
res deesse voluit. Et quid aliud boni con
tra recidiua mala animarum puidere potu
it q̄ȝ penitencie sacramētum. et quoniam
iam patefactū est. quia penitencia et sacri
ficium est et iudiciū ꝛ sacramentum et me
dicamentum. Cum hoc etiam scire debes
ꝙ est etiam pacis inter penitentem ꝛ deū
reformatio seu reformamentū. Debes eti
am scire quia tres sunt modi sanctificatio
nis ipius. Sanctificat enim merito recōci
liationem ad deum impetrans placatore
suo et acceptibilitate tanq̄ȝ sacrificiū. San-
ctificat etiam naturali opatione videlicet
contrarietatē qua habet ad execrationes
qua illa q̄ntū ad affectiones locutiones ꝛ
opera destruit. extermīnat ꝛ diffugat. Pu
dor enim ppie accusationis et confessio-
nis impudentiam qua dei p̄sentiam ꝛ an
gelorum non erubuit. nec coraȝ eis pecca
re veritus est ipa naturali repugnantia et
cōtrarietatem quā habet ad ipam destru
it et extinguit. Sic dolor penitudinis dele
ctationē quam habuit in peccato ꝛ timor
audaciam. qua aliquid contra deū presu
mere ausus est. Sic ira penitudinis q̄ cō-
tra peccatū et contra seipm propter pecca
tū animosus excandesat lasciuiē ꝛ remis-
sionem animi qua tentatione tam leui tā
q̄ turpiter succubuit et tā leuiter hosti dy-
abolo manū dedit ppetue ꝗ seruituti ipi-
se quantū in eo ē subiecit. Et quattuor ista
que diximus quattuor brachia sunt p̄me
crucis penitencialis p̄miqȝ patibuli spiri-
tualis cui vetus homo iustissimo dei iudi
tio affigitur. Tercio sanctificat virtute di-
uina et hoc vt sacramentū videlicet p ab-
solutionē ꝛ benedictionem sacerdotalem
cum rite facte necesse est virtutem diuinā
adesse et ꝙ postulatur tribuere nisi stete-
rit per penitentē necesse inq̄ȝ est nō coacti
onis impulsione nec alligationis violēta
[illegible] Sed liberrime ac liberalissime
sue benignitatis ac beneficencie largitate
ad absolutionem siquidē ꝛ benedictionē
sacerdotalē rite factaȝ diuīpi vincula pec
catorȝ effugari maledicta ipsorū aduenire
spiritus sancti gratiam ad sanctificandū ꝛ
amplectendum penitentem nisi hoc ipe impe-
dient nullatenus dubitamꝰ. Frustra eni
tante pietatis officium omnipotentissimꝰ
ac clementissimus deus in ecclesia sua in-
stituisset pditioseqȝ penitentibus illude-
re si sacerdotum ministerio in eorȝ bene
dictionibus ꝛ absolutionibus adesse nol
let penitentibus ergo. qui iam sanctifica-
ti iam a vinculis peccatorȝ absolutionem
iam gratie p̄stine restituti sacerdotalē be-
nedictionem ꝛ absolutionem peccata sua
ꝯfessi recipiunt pie credimus ac sentimus
ipam gratiam quā afferunt sacramēto pe
nitencie et sacerdotali ministerio adauge
ri. Non enim sanctificatis ac gratie pristi
ne restitutis ad gratiā tamē penitencialis
sanctificationis sicut decet appropinquā-
tibus ꝛ paratis ꝛ peccata sua put recoluit
plene confessis credimus ꝛ dicimus sacer
dotali absolutione ꝛ benedictione remis
sionem peccatorum omniū et gratiā qua
decetero grati dō ꝛ acceptabiles viuant p̄
stari. Si quis autem querat que debe
at esse p̄paratio ꝛ que ꝛ quot requirantur
ad hoc vt ydonei sunt penitentes sicut de-
cet parari confitentes ad recipiendū gra-
tiā sanctificationis penitencialis. Dicamꝰ
quia quattuor sunt quorum p̄mum est de
siderium siue voluntas acquirende ipiꝰ san
ctificatiōis. Secundū est fides siue credu
litas obtinendi ipam p illud sacramētum
videlicet penitenciale. Terciū est ꝓpositū
non relabendi siue abstinendi de cetero a
peccatis mortalibus. Quartum est ꝓposi
tum siue voluntas emendandi siue satis-
faciendi vitamqȝ suam componendi ꝛ or
dinandi ad arbitrium seu consiliū eorum
quibus est istud et videre datum et credi-
tum puidere. Ex quo consequens ē vt se
ipm tradat iustificandū atȝ regendum eis
dem et propter hoc vt ipe per confessionē
se coram ipis accuset et alias iudicia ptes
contra seipm hoc est in sui tormentū et cō
tumeliā p deo. hoc ē p honore eiꝰ et glo-
ria psequatur. verū quanm desiderium.
hoc est q̄ȝ feruens assequendi gratiaȝ san
ctificationis penitencialis quāta fides ipi
us sacramenti. q̄ȝ viuax seu vehemens p-
positum p̄teritos lapsus emendandi ꝛ ite
rum non relabendi solius dei est et nosse
et metiri. Amplissime tamē atȝ magni
fice de clauibus ecclesie et potestate et sa-
cerdotali ministerio sentiendum esse non
dubitamus claues eorum alīs enim eccle-
sie date sunt officiaqȝ et potestas sacerdo

tibus ppter dispensandas diuicias misericordie dei vt essent qui aperirent pulsantibus et introducerent intrare volentes et tanq̄ officiales misericordie ipsius fugiētes ad ipam tota aggratulatiōe et applausu reciperent reos absoluerent peccata remitterent omnibus bonis gratie et glorie spoliatos a latronibus infernalibus restituerent vulneratos spiritualiter et morbidos celesti medicina ac virtute diuina sacramentorū medicamentis sanarent. Pre etiam credimus et sentimus eos qui cum fide huius sacramenti et vehementi desiderio redeundi in dei pacem et gratiam licet timore infirmitatis sue et oppressione male consuetudinis propositum abstinēdi consuetis et eadem emendandi nō habeant interdum de diuine pietatis abundantia virtute clauiū et sacramenti istius prestari eis huiusmodi ppositum et infundi conantibus enim ad deum reuerti dexteram auxilij sui porrigere patrem misericordiarum dubitandum nō est. Quemadmodum ille qui lunaticum filium attulit ad dominum iesum in.ix.Marc. Credere quidem nitebatur. sed nondum fidem ad quam conabatur habebat ppter qd' et dicebat. Credo domine adiuua incredulitatem meam. Merito tamen sui conatus et filio sanitatem et ipsemet fidei donū obtinuit. Sic de similiter conantibus q̄ presto sit eis diuine beneficientie auxiliū pia fides non dubitat. Quēadmodū in primitiua ecclesia simpliciter īterrogabant baptizandi vtrum crederent vtruz dyabolo et pompis eius renunciarent. vtrū baptisari vellent. nec interrogabantur vtrum essent mundi a peccatis an non. et vtrum in charitate essent. vtruz omnium virtutū varietate decori ac diuites. sed magis virtute baptismi hoc eis prestandum preparabatur. Sic et in sacramento penitenciali digne et deuote accedentibus prestari credimus q̄ intendunt. eo quod venientes nondū habent ppter quod et p sacramentū illud querūt.

Post hec autem loquemur de partibus penitēcie sigillatim prosequētes comparationes earū atq̄ virtutes. Dicemus ergo quia contritio est confractio et cōminutio et quasi in puluerem redactio veteris hominis Iuxta illud qd' legitur ysa.xxx. Et cōminuetur quēadmodum contenitur lagena figuli contritione perualida et non inuenietur de fracturis eius testa in qua portetur igniculus de incendio. aut hauriatur parum aque de fouea. tal's est contritio veteris cordis vt non inueniat dyabolus de eo vbi ponat igniculum praui desiderij. aut modicum aque hoc ē noxie voluptatis simile est illud.xix. Hieremie. Sic conteram populū istum et ciuitatem istam sicut conterit vas figuli q̄ non potest vltra restaurari. Ex q̄ verisimile est cor non esse contritum cōtritione peruualida neq̄ illa qua conterendum dixit dominus iudeorum populum q̄ statim restauratur ad relapsum peccati ad recidiuuz nec nominatur contritio quia ab ipis peccātibus peccata linguntur siue lābuntur exterius. Iuxta illud Inimici eius terram lingent. Inde et amalech lingens terram vel sanguinem interpretatur tanq̄ superficietenus mollita falsaq̄ dulcedine delinita. Penitentes autē ea cōterūt sicut lactucas agrestes et ius siue succū amarissimū qui in eis latebat ipsa contritione et ruminatione recogitationum sollicitissimarū aut profundissimarum inde exprimunt. ppter quod cum primum eis dulce saperent dum ea faciebant nunc amaruz eisdem sapiunt. Hec eadez contritio vocatur scissio cordis Iohelis.ij Scindite corda vestra. Scinnēda ergo sunt corda peccatorum velut virus dyaboli. vt tota feculentia totiuq̄ virus peccatorum inde effluat nec vlla in eis stilla remaneat. Effusio autem peccatorum ex corde desertio ē ipsorum perfecta. Nominatur etiaz compunctio siue ppter illud quia tunc primo senciuntur spine et aculei peccatorum cū spiritussanctus cor peccatoris infusione gratie sue viuificauerit ac sanctificauerit. siue quia tunc in imo cordis et in intimum cordis infiguntur. Iuxta illud quod legit' in Psalm. Conuersus sum in erumna mea dum configitur spina. Aliquando enī ante aduentum eius et viuificam eiusdez visitationem corde stupido vel potius mortificato et mortuo nec vuln9 peccati nec ferrum in vulnere senciebatur nec aculei peccatorum nec punctiones ipsorum. Nominatur autez compunctio in Psalm. Que dicitis in cordibus vestris et in cubilib9 vestris cōpugimini. Et Actuū.ij. His autez auditis compuncti sunt corde. vel p eo cōpunctio nominatur Quia omne peccatū est gladius biceps. Sicut legitur Ecclesia

tici.xxi. Quasi rompbea bis acuta omis
iniquitas. Alteri acumen babet q̄si amo
rosum atq̄ mellicum fallacissima suauita
te ac prodinosa. Et vt venus loquar fan-
tasmata: somnialis transfigit q̄ p huius
acumen atq̄ transuerberat eo perniciosi⁹
atq̄ letalius quo suauius: ppter hoc nō
punctio. non transfixio. nec transuerbera
tio nominatur a stultis et corde insensibi-
lib⁹. Sed delectatio atq̄ suauitas et gau
dium neq̄ dicit se infelicissime mortu⁹ pec
cato: vulneratum mortifera delectatione
sed potius delectatum Job.xx. Esse sub-
sentibus delicias computabant. Aliud ve
ro acumen peccata sensibiliter ledit et vul
nerat: propter hoc salubriter. Totuz em̄
virtus mortifere delectatiōis acumē istud
expellit. Duo autem acumina ista in omi
peccato sunt. Placor eius quo seducat: in
ebriat fatuos. et nocumentum quod irro-
gat. quo nocumēto: vulneratos alio suo
acumine sanat. et sanos contra seipsum ex
citat protegit et armat. quod somniasse vi
sus est poeta. vulnus achilleo q̄ quondā
fecerat hosti. vulneris auxilium. Pelyas
hasta tulit. verum Poeta dicit obtusuz p
pter insensibilitatem vulnera torus. Nos
autem vocamus illud acumen eo q̄ pro-
fundissimum vulnus ac letabilissimum in
terdum fortissime atq̄ studiosissime armis
us infigit. et de pfundo cordis non nisi di
uine sapiētie artificio ac diuine manu⁹ vir
tute nunq̄ huiusmodi cuspis extrahitur.
Penitētes ergo non acumine vno pecca-
ti tm̄. id est nocumento. quia non vno tm̄
nocumento eiusdem. sed multis se transfi
gunt atq̄ transuerberant. tot dolores sūt.
quot sūt peccata seu peccatores cuspides
sentientes Inde ergo dicitur compunctō
quasi per circuitum huiusmodi cuspidib⁹
transfixio. Juxta quod legitur Job.xvi.
Circumdedit me lanceis suis conuulnera-
uit lumbos suos. Undiq̄ enim transfi-
gendum est cor ferro medicinali vt vndiq̄
mors spiritualis in eo moriatur et vndiq̄
virus ac sanies effluat peccatorum. vel p
pter hoc compunctio vt leuiathan q dor-
mire vult et quiescere in peccatoribus hu-
iusmodi cuspidibus aculeatus exire et in-
de fugere compellatur. Quemadmoduz
hystriones interdum punguntur vt q ali-
as volunt vel sic saltem de domibus eoz
quibus onerosi sunt exsilientes exeant. Uel
propter hoc compunctio quia peccator est

sicut bos et asinus in lutum mersus. vel si
cut equus qui vulgo dicitur infaugatus.
Quemadmodum ergo boui vel equo in
faugato aculei vel calcaria adhibentur vt
de luto exiliat. Sic clementissimus deus
peccatores de lacu miserie et de luto fecis
educere volens compungit vt supra petrā
christum dominum vel sancte conuersio-
nis soliditatem seu firmitatē exiliant. Uel
quia hoc est natura cordis humani maxi
me fm statum miserie presentis vt deliniā
tum delicijs et nutricum proferat stultitiā
punctum vero proferat sensum. Sicut legi-
tur Ecclesiastici.xxij. Qui pungit cor con
fert sensum. propter hoc inq̄ compunctio
nominatur ipsa penitudo interior: que de
stulto corde sensum producit emendatio-
nis vel ideo dicitur compunctio. q: quem
admodum arbores thuris et mirre sudi-
bus ferreis vulnerantur: et ipsa vulneratio
ne velut lachrimule aromatu mirre et thu
ris proferunt. Thus enim et mirra lachri-
me sunt huiusmodi arborum sed coagu-
late. Sic cō puncta corda penitentiū thus
deuote orationis et mirram interne ama
ricationis emittant. Nominatur et reuer-
sio quasi de hostibus ad pacez. siue de re
gione longinqua de regione dissimilitu-
dinis. quasi d egypto ignorantie. de baby
lone luxurie. de chaldea superbie. ad hie-
rusalem ecclesie ad terram pmissionis et
patriam. Egyptus nanq̄ tenebre interpre
tatur propter quod dicimus ignorantie.
Babilon confusio ppter quod dicim⁹ lu
xurie que est omniū vitiorum vilissimum
ac confusione dignissimū. chaldea vero de-
monium. ppter quod dicim⁹ superbie q̄
est diabolice turpitudinis similitudo ve-
rissima propriusq̄ character. Quia ergo
de omnibus hijs exit. Et ab hijs omnib⁹
spiritualiter corde redit qui de omnib⁹ pe
nitudine interna conuertitur. et de omni-
bus hijs offensis atq̄ iniurijs pacem cum
deo facit. vt vulgariter dicatur merito re-
uersio ad pacē ab inimicis et reuersio ad
patriam a pnominatis aunlis regionib⁹
contritio nominatur. sicut legitur. ysaie.x
xx. Si reuertamini et quiescatis salui eritis
Similiter et hieremie.viij. Apprehende-
runt mendacium et noluerūt reuerti. No
minatur etiam conuersio quemadmodū
et conuerti dicitur qui ad religionē se trāsf
fert. Certum enim est xp̄ianam verissimam
religionem esse a pphanitate et execratio

ne peccati ad deum et veram religionē cōuertitur qui de peccatis conteritur. Uel q2 peccator ante contritionem dorsum habz ad deum et nō faciem. Sicut legitur Hieremie .ij. Uerterunt ad me tergum et non faciem. Cum autem cōteritur de peccatis vertit ad deum faciem ⁊ tergum ad peccata. Uel ꝓpter hoc nominatur cōuersio q2 peccator dum in peccatis est subuersus ē: habens sub quod deberet habere supra. ⁊ econuerso. videlicet spiritum habet sub et carnem supra cum esse debeat econuerso et conuersus est. habens ante se quod deberet habere retro et econuerso. habet enim faciem ad posteriora hoc est temporalia seu terrena. Siquidē oculos habet ad illa vt alia non videat. Unde Prouerbiorum .xvij. Oculi stultorum in finibus terre. Similiter ⁊ aures habet ad illa vt alia audire non possit Sicut legitur Prouerbiorum .xviij. Non recipit stultus verba prudētie. Eodem modo et nares ad eadem habet: vt nihil ei redoleat suaue nisi stercora temporalium. Sicut legitur ysaie .iij. Et erit pro suaui odore fetor. Sic fauces et palatum non habet nisi ad illa. et ꝓpter hoc nō comedit et saporat nisi illa. Similiter ⁊ euersus est habens in dextera qđ debet habere in sinistra. Et econuerso Sicut legitur Ecclesiasti .x. Cor sapientis in dextera eius ⁊ cor stulti in sinistra eius. Et eiusdē .vij. Cor sapientium vbi tristicia est et cor stultorum vbi leticia. Et ē euersus habens extra qđ debet habere intra et econuerso. Est enim extra plenus et intus vacuus extra diues intus pauper. Extra vestitus intra nudus extra nitidus intus sordidus. extra dominus intus seruus. extra equus. intus iumentum dyaboli. Et iterum extra homo intus brutum. Et interdum extra sanctus intus execrabilis. Extra monachus siue claustralis. Intus autem omni lascivia et in ordinatione secularis. Et iterum extra rex coronatus. Intus autem latro spirituali suspendio damnatus. Extra episcopus pontificalibus ornamentis decoratus. intus autem dyabolice turpitudinis insignijs deturpatus. Extra sacerdos infulatus. intus autem monstris scelerum contaminatus. Et iterum extra clericus tonsoratus. intus laycus capillatus. Et iterum extra vir barbatus. intus vero puer inberbis. vel quod deterius ē mulier inbecillis et omnino inbellis. Merito ergo conuersio dicitur ab ista peruersitate atque inordinatione ad debitū ordinē ⁊ cōuenientem compositionem. reuersio quo qua efficitur vt sit sub quod debet sub esse. et sit supra qđ dēt supra esse. et ad hūc modum de alijs. Sunt et alie nominationes ipsius contritionis quibus non solum eleganti us sed etiam euidentius virtutes eius et fructus declarantur. Prima est qua dicitur baptismus flaminis siue baptismus in spiritusancto siue in igne. Qui baptismus siue intelligitur tinctio siue inundatio recte intelligitur. quia omni decore ac varietate virtutū mens penitentis spiritualiter in ea coloratur: ibi enim ⁊ candor puritatis ⁊ rubor charitatis et liuidus color humilitatis ceterarumque virtutum omnium illi tribuitur: ibi ab omni labe et sorde peccatorum mortalium emundatur. Propter hoc autem baptismus flaminis dicitur: vt a baptismo fluminis seu aque discernatur. Sic et baptismus ignis ꝓpter spiritumsanctum. Qui quemadmodum ignis ligna in cinerat ⁊ metalla purificat. Sic vicia ⁊ peccata in sic penitente consumit ipsumque purificat. Dicitur ⁊ victorie gratie scilicet contra culpam dimicantis ⁊ naturam ab oppressione vitiorum ⁊ tyrannide liberantis ipsaque cateruatim trucidantis. Iuxta hūc modum ⁊ terminatio egritudinis ad salutem gratiarum tanque medicina spiritualium morbum peccatoris vincente et per sudorem lachrimarum discretionis fluxū et abominationis vomitum noxios humores. cogitationum. affectionum ⁊ operationū expellente. Nominatur etiam nominibus quattuor festiuitatum. Dicitur enim natale quia ea nascitur penitens et filius dei per gratiam adoptionis efficitur. Dicitur ⁊ pascha ꝓpter transitum domini quia reuera penitentem transit dominus inestimabiliter parcens ipsi: et egyptios peccatorum ⁊ vitiorum occidens in eo: vel pascha ꝓpter resurrectionē primā que ē a morte vitiorum ad vitam gratie. Dies enim pasche dies est resurrectionis. Dicitur ⁊ penthecoste ꝓpter descensum et receptionem spiritussancti: et qua est ipsa cōtritio. Dicitur ⁊ ascensio. quia ea ascendit penitens de ꝓfundo vitiorum in sublime gratie et quasi de inferis in ipsum celum ecclesie. Hoc est in luminositatem ⁊

puritatem conuersationis sancte. Hee sunt quattuor preclare festiuitates quarum gaudio velut epulis totum celum reficitur. et quarum iubilatione totum celum resonat. Sicut legitur luce. xv. De filio prodigo reuertente Pro cuius reuersione pater instaurauit conuiuium resonare fecit symphoniam. et chorum et in eo eiusdem: gaudium est angelis dei super vno peccatore penitenciam agente. Si quis autem querat de ipso penitente quando conteritur vtrum habeat illa peccata de quibus conteritur: aut non habeat eadem est questio et de illo cui remittuntur peccata vtrum habeat illa: aut non habeat illa. Si non habet illa ergo est sanctus et innocens et sine peccato. Nihil ergo ei remittitur eadem est questio et de omni debito vtrum relaxetur debenti vel non debenti. Si enim non debet nunc cum prius deberet ergo iam remissum est ei debitum et ita non remittitur ei nunc, sed iam remissum est. Si autem adhuc debet simul ergo sunt remissio debiti et debitum et simul remissio peccatorum et peccata quod esse non potest cum contraria sint quod apparet ex eo quod alterum alterum destruit et expellit. In quo dicimus quod remissio peccatorum dupliciter intelligitur primo non imputatio siue non exactio ipsorum quantum ad penam. Secundo ablutio macularum et sordium que interdum culpe nominantur. Unde peccata dicuntur remitti dupliciter quantum ad penam scilicet et quantum ad culpam. Et verum est quod neutra istarum remissionum esse vel esse potest cum eo cuius est remissio hoc est neque remissio culpe cum ipsa culpa neque remissio pene cum ipso debito pene propter contrarietatem quam habent ad illam. Quod ergo querit remittuntur sancto et innocenti peccata omnino non habenti. Respondemus quia merito omnino non imputantur peccata iam iam sancto et ea non habenti que tamen prius habebat. Remittere enim est non vltra exigere ad penam que alias et ante exigende erant. et absolui huiusmodi debitis est nunc post illa non habere. Sic et ablui ab huius sordibus est illis nunc primo carere. Aliquid enim fieri in spiritualibus et impartibilibus est illud subito esse et nunc fieri aliquid in illis est nunc primo illud esse. quia ergo ablui vel mundari et mundiciam fieri sicut albari est albedinem fieri. erit ex necessitate in mente humana vere mundari et ablui nunc primo mundam vel lotam esse non enim quemadmodum in corporalibus mens humana per partes et continue et ut de sordibus suis. nec per partes ac continue mundatur aut mundiciam recipit: sed tota simul et subito. Si enim aliquid eius prius mundaretur, et aliud sui postea necessario inueniretur aliquid eius et aliud siue pars et pars. Manifestum autem est et declaratum ipsam esse impartibilem partitione continuitatis. In corporibus autem et corporalibus et omnimodo in continuis generale est quod si fit non est sed reuera si fit partim est et pars eius non est et propter hoc verum est quia si abluitur pannus nondum lotus est. Si quis dixerit autem quia postquam aliquid nunc fieri in spiritualibus et impartibilibus est. Istud nunc primo esse. quia consequens est quod aliquid nunc destrui in eisdem. erit illud nunc vltimo esse. dicimus quia non est verum. Ex hoc enim accideret virtutes et vicia esse simul in eodem. Quando enim quis iustificatur fit iusticia in ipso et creatur a deo in ipso. Similiter et tunc iniusticia destruitur in eo quare secundum hoc tunc vltimo erit iniusticia in ipso et tunc primo similiter iusticia. Quare simul erunt iusticia et iniusticia in eodem et adhuc modum habet de aliis viciis et virtutibus. Omnes enim virtutes sine quibus non est salus in ipso instanti iustificationis fiunt in ipso qui iustificatur. ergo primo tunc in illo sunt secundum hoc. Quoniam autem omnia vicia eius in eodem destruuntur in illo. erunt necessario tunc vltimo in ipso. et ita erunt omnia vicia. et omnes virtutes sine quibus non est salus simul in ipso Et ita erit simul deo odibilis et amabilis. simul bonus et malus. Simul damnandus et glorificandus. Error autem iste inde accidit. Quia destruere in huiusmodi est facere non esse et expellere est facere ibi non esse Quapropter destruere peccatum non est facere illud vltimo esse. sed potius facere primo non esse. Similiter et destruere gratiam nunc non est facere eam nunc vltimo esse. Sed magis nunc primo non esse. Non ergo sequitur si fieri nunc est nunc primo esse quod destrui nunc sit nunc vltimo esse. Sed magis nunc primo non esse et de-

structione enim non debet sequi esse neqȝ cum ultimatione. videlicet cum primo esse sed magis non esse. Iuxta hunc modum attende quod pugnare dicitur gratia contra peccatum quando iam ipsum peccatum mortuum est. non est gratia de qua hic loquimur vivente peccato in aliquo peccatore dico mortali Intelligimus ergo pugnare istud. ipsum intendere ad non esse ipsius peccati. sive ad maiorem elongationem ipsius ab esse. sive ad destructionem aut attenuationem eorum. quibus adiuvari potest peccatum ad hoc ut sit velut facilius fit. Ille enim qui luxurie motus in se extinguit contra luxuriam dimicat et in virtute castitatis aut alia. Et ille qui nihil huiusmodi motuum patitur satagit autem et cavet ut nec etiam cogitet de his que ad luxuriam pertinent. Sicut Job. xxxi. Pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem quid de virgine oratione autem pugnant interdum sancti et alijs sacris exercicijs contra peccata que non sunt nec fuerunt nec erunt. His enim armis que nominavimus compellunt ea et prohibent ea a finibus suis hoc est propellere sive repellere illa prohibere scilicet ne sint. Alij hostes vinci et vivere simul possunt nisi occidantur. Idem dicitur et de virtutibus. Si enim vivant vicia eo ipso quod vivunt et vincunt. Similiter et virtutes vivere ergo utrisqȝ vincere est. Manifestum etiam est ex his quia si gratia habet primum sui esse vicium vel peccatum non habet ultimum sui esse et peccatum mortale seu vicium habeat ultimum in uno homine scilicet et eodem necesse est ut primum istud et ultimum sint idem instans aut diversa. Si idem nominemus ergo illud a. cum ergo a. secundum hoc est primum instans existentia ipsius gratie. id est in quo primo est ipsa gratia in homine isto et est ultimum existentie ipsius mortalis peccati in homine eodem. quare gratia et peccatum mortale sunt in a. in homine isto. Sed alterum primo et alterum ultimo et ita contraria erunt simul in eodem et erit simul iste bonus et malus. Si fuerint diversa primum gratie et ultimum peccati. nominemus ergo illa a et b. quia ergo iam ostensum est demonstratione in naturalibus quod inter quelibet duo instantia est totum tempus continuum. Necesse est illo tempore intermedio quod est inter a et b istum nec esse malum nec esse bonum cum enim in a sit ultimo malus. manifestum est quia post a continue est non est malus. Similiter et cum in b sit primo bonus continue ante b non est bonus. et ita est homo adultus capax discretionis et boni et mali toto tempore quod est inter a. et b. nec bonus nec malus. nec damnandus nec glorificandus quod similiter est inconveniens manifestum. et nec divine bonitati congruens aut sapientie. Quis enim expectaret postquam vas cordis istius evacuasset atqȝ mundasset a fecibus vitiorum atqȝ peccatorum ut non statim illud gratia sanctitatis repleretur. Manifestum ergo est quia si gratia habet primum existentie sive peccatum non habet ultimum et econverso.

Postqȝ autem declaramus rationem contritionis et posuimus nominationes multas ipsius et comparationes quibus elucescunt utilitas et fructus ipsius dicemus consequenter essentiam eius dictione essenciali et propria. Dicimus ergo quia contritio est motus virtutis confringentis veterem hominem ac funditus et radicitus mortificantis et dicemus quod iste motus potest esse cuiuslibet ex virtutibus affectivis sive motivis. Potest siquidem iste motus timor esse sive timoris. Iuxta quod legitur Ecclesiastici. i. Timor domini expellit peccatum. Si enim adeo fortis fuerit ipse timor ut ipsum timentem fugere faciat ad penitencialis sacramenti refugium et intra illud recipi. Manifestum est huiusmodi timore mortificari esse radicitus veterem hominem et affixum iam patibulo penitentiali. Non enim intrat penitencialis sacramenti refugium nisi qui preconi spirituali id est confessori se tradidit crucifigendum hoc est cruci penitencie affigendum. Idem dicimus et de motu pudoris si adeo fortis fuerit ut erubescentem de peccatis suis abscondi faciat operimento confessionis atqȝ latibulo. Similiter et de motu doloris si tantus fuerit ut ipsum inducat ad percipiendum sacramenti penitencialis medicamentum. Sic et de motu ire. Si adeo enim succenderit sit iuxta consilium ecclesie vindicare aggrediatur in semetipso dei contumeliam et proprias iniurias quas ipsemet sibi peccando erogavit. Iuxta hunc modum dictum est. Irascimini impavide et nolite peccare. Si ex eo motu indignationis cum eousqȝ ad penitentiam erexerit ut sordes peccatorum tanqȝ nobilitate sua indignissimas et iugum diabolice servitutis vehementi excussione abiciat. Aurilium quod

et ad dignitatem suam redeat p sacramē
ti penitencale grat. Iuxta qd legit ysa. liiij
Indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.
Et iuxta q poeta. Si natura negat facit
indignatio versum. Sic et de motu abbo
minationis si nauseam vl vomitum pure
integreq confessionis induxerit. Laterna
enim et non venter humanus iudicanda
est consciencia que abbominabilissimam
peccatorum feculentiaz potius retinere ac
custodire q̄ vomitu ɔfessionis eucere eli
git. Sic et de vomitu horroris si adeo for
tis fuerit vt a peccatis tanq̄ a mortiferis et
venenatis tanq̄ ab ipsa morte toto cona
tu et viribus resilire longeq se facere. et
velut serpentes atq bufones a se prouce
re atq ppellere. et tanq̄ paruulus ad ma
trem ecclesiam et patrem confessorem et in
sinum eorum se recipere faciet penitētem.
Sic et de motu odij si adeo in eo increue
rit vt ex animo bellu vicijs et peccatis in
dicat et arma penitencie ipm sumere faci
at. Sic et de motu execrationis. si tant⁹ in
eo fuerit vt vicia et peccata tanq̄ sacrilegia
et pphanationes diuino cultui et venera
tioni inimica ex corde a se auertat et per
sanctificationē penitencialem in minimis
omnino ab eis fieri querat. Sic et de mo
tu detestationis vt vicia et peccata tanq̄
maledicta et maledictiōis causas tota im
paciencia cordis declinare atq ab eis il
lam auertere et per benedictionem sacer
dotalē ea a se exterminari querat. Hij er
go decem motus quos nominauim⁹ di
recte sunt ad destruendū et mortificendū
veterem hominem. Et ppter hunc effectū
scilicet ppter mortem et extinctionem ve
teris hominis nominant mortificatio ipi
us et contritio quēadmodum exustio sub
mersio. lapidatio. dissecatio nominantur
occisio propter effectum mortis qui sequi
tur ex eis. Timor ergo nominat ipm timo
rem nominatione essencialī et ppria. con
tritio vero agnominat vt ita loquamur ipz
timorē ex effectu quē diximus. Idē igr sūt ti
mor et ɔtritio subiecto. quēadmodū hō et
albū quēadmodū potatio. iebriatō. Sz ad
dit contritio effectū mortis vt diximus sicut et
inebriatio super potationem addit. Idē ē
de pudore et dolore et alijs que nomina
uimus. Et scito q contritio non sm ppriā
nominationem accipitur hic. Scdm pro
priam enī inuentionem contritio est violen
ta diuisio partium allisione et collisione et
percussione facta. Hic autem contritionē in
telligimus simpliciter destructionem: seu
anullationem veteris hominis hocē mo
tum vel passionem quo efficitur in penitē
te vt vetus homo non sit destruere enim in
spiritualibus et imparabilibus non est ni
si facere non esse.

Iam ergo ex his euidenter appa
ret tibi quando queritur qs mo
tus contritio sit. et in quo trium vi
rium anime humane fiat. quia responde
re debes q quedam contritio est timor: et
quedam pudor. et ita de alijs. Quemad
modū si queratur cuiusmodi actio sit occi
sio. Respondebis q quedam occisio ē la
pidatio quedam exustio queda scilicet dis
secatio quedam transfixio quedam preci
pitatio. Debes etiaz respondere q occisio
non nominat actionem sed potius agno
minat. Et nō oportet vt laboremus in ad
ueniendo probationes ad declarandum
q quemadmodum timor veterem homi
nem mortificat et expellit peccatum sic pu
dor. sic et dolor et quelibet aliarū quas no
minamus passionum. Hoc enim pximū
et pene inditum et impressum est vnicuiq
tuiq intelligentis intellectui. Eiusdem eī
fortitudinis sunt cum fuerint eiusdem intē
sionis et cum alia fuerint in reis peria. Sen
su etiam et experientia manifestuz est hoc
Non enim minus neq pauciores auertū
tur et compescuntur a vicijs et peccatis ti
more q̄ pudore si eque videant ignomini
am et turpitudinem peccatorum vt credūt
iminens eis tormētū nec min⁹ torquent
dolore tormētorꝫ mali in iferno q̄ pudore
patētiū omī oculo turpitudinū. vides etiā
q̄ multi solo pudore a multis illicitis auer
tuntur qui pudorem tormento magno si
possent redimerent. In alijs est econuer
so. audies etiam multos malos dixisse et
etiam dicentes q mallent flagellari in ab
scondito q̄ argui in publico. Et quemad
modum omnium virtutū anime humane.
virium dico premia erunt equalia in ele
ctis et glorificatis. Sic verisimile ē licet nō
dum fide aut sacrorum eloquiorum testi
monio diffinitum seu declaratum in ma
lis et damnatis tormenta trium predicta
rum virium equalia fore. licet enim non om
nia peccata equalia sint tamē in vnoquo
q ope peccatrice vires nominate equē pec
care vel delinquere videntur verbi gratia
Ostendamus hoc in exemplo virtutis cō

cupiscibilis et fit opus peccati fornicatio. Dico ergo vbi equales sunt obligationes equales sunt et transgressiones. Quia ergo eque tenebatur virtus rationabilis dissuadere vt bonus ac fidelis consiliarius opus illud et ponere ante oculos tentati omnia mala atque pericula quibus auerti possit ab opere fornicationis et iterum clamare in aures cordis eius vt bonus ac fidelis speculator. Deinde suadere ei bonum castitatis seu continentie et alligare pro ea studiosissime ne deserereẗ ac diligentissime et contra spurciciam fornicationis ne admittereẗ allegare vt bonus ac fidelis aduocatus. Quia inquam ista tria officia eque exequi tenetur vis rationabilis contra tentationem fornicationis vt vis concupiscibilis sua officia. Similiter vis irascibilis eque tenetur facere quod suum est contra eandem tentationem. Eadem enim lege preceptum est omnibus eadem auctoritate scilicet diuina cui equaliter subdite sunt et equaliter obedire tenentur. Quia ergo equales sunt obligationes eorum in hoc equales sunt transgressiones. Equaliter enim peccant negligendo seu transgrediendo. hoc est quod suum est non faciendo. et contrarium ei quod suum est faciendo. Quacunque enim earum faciente quod suum est non caderet qui tentatur imo vinceret. et attende quod quelibet illarum peccat non tantum in non faciendo quod suum est sed etiam in faciendo contrarium ei quod facere deberet. Vis etiam rationabilis figit oculos siue aspectum cogitationis in ipsam pulchritudinem concubitus mulieris. et in suauitatem spurcicie voluptatis cum deberet se ab eis auertere. et non auertit eos a turpitudine et spurcicia ipsius peccati maliciaque illius atque a malis et periculis que ex ea proueniunt: et que proventura sunt. in quibus defigere debuisset cogitationis aspectum. Sic et vis irascibilis quia arma pudoris et ire atque timoris ceteraque huiusmodi arripere negligit nec solum emolliri fallacissimo blandimento huius voluptatis. Sed etiam vilificari conculcarique se permittit. et hostem atrocissimum intra arcem mentis quam custodire debuerat absque resistentia aut icta turpissime admittit. Hec autem non ad certum diffiniendo. sed magis disputando dicimus vt inquirende veritatis in his studiosis occasionem aliquam demus. Nec refert quantum ad id quod intendimus an tres vires peccare an homo per illas peccare dicatur. Sicut ergo custos qui equa facilitate hostem arcere potest gladio et baculo eque peccat non arcendo illum gladio vel non arcendo baculo et econuerso. Sic et videtur de peccante quod equaliter peccet non tendendo armis seu defensionibus vnius vis seu virtutis vt alterius. Et quemadmodum custos cum equa facilitate possit hostem prohibere. vel latronem a quolibet trium hostiorum et equaliter teneatur illa custodire equaliter peccat admittendo hostem siue non prohibendo per quodcunque illorum et a quocunque illorum. Si per quamcunque trium virium admittatur hostis dyabolus seu peccatum non prohibeatur. siue per propria arma et defensiones. siue per alterius aliarum equaliter videtur peccari. eque enim tenetur vnusquisque prohibere huius hostes per arma vnius virium ab altera vt non admitteret hostem per illam. Quapropter eque peccat non prohibendo a quacunque vt hostem huiusmodi. non prohibendo inquam armis alterius vis. vt admittendo in illam siue per illam cum enim eque teneatur prohibere vt non admittere hostem equaliter ex necessitate peccat non prohibendo aut admittendo nec econuerso. In perscrutanda autem ad certum veritate in his nos immorari nolumus ad alia festinantes. Tu autem recordare quod alibi didicisti qualiter peccata intendeantur et tribus partibus seu comparationibus. Et enim peccatum omne mortale vna comparatione est dei iniuria. alia peccantis ipsius vulnus aut morbus. Tercia in semetipso est motus aut operatio aliqua vel priuatio. et propter hoc secundum quamlibet istarum comparationum recipit magis et minus. dicitur quod maius et minus peccatum. Scire etiam debes quia nulla est ratio quare potius timor introducat charitatem quam pudor ac dolor aut quevis alia ex dispositionibus prenominatis. Si quis querat que sit differentia inter attritionem et contritionem et inter motus preuenientes gratiam gratumfacientem et motus ipsius gratie. Qui enim piis lachrimis et elemosinis et sanctis exercitationibus ieiuniorum disciplinarum orationum et oblationum. gratiam querunt quam nondum acceperunt. nullatenus dubitandum est quin gratiam quandam preuenientem habeant et preparantem eos ad gratiam gratumfacientem. Dico ergo quod attritio ad contritionem sicut sicut vulneratio non letalis ad occisionem et gratia preueniens ac preparans ad gratiam gratumfacientem

sicut calefactio ad arsionem ꝛ sicut illumi
natio que est in vmbra ad irradiationem
hoc est sicut lumen crepusculi ad radium.
ꝛ mot⁹ huius gratie ad motus illius sunt
sicut aratio rigatio et seminatio ad viuifi
cationem seminis ꝛ eorum. Et sicut mol
lificatio cere ad eiusdem sigillationem. et
sic calefactio ac resolutio metalli ad eius
dem in formam ymaginis seu modulum
infusionem. Et sicut tersio et ablutio ꝛ op
positio speculi ad forme in eo apparitio
nem. omnibus enim precedentibus aut
preparatorijs quasi mollificat cor huma
num vt ei se coniungat et imprimat chri
stus dñs qui ē ymago dei inuisibilis. sicut
legitur. j. ad Coll. Et qui ē figura seu chara
cter substãcie dei patris sicut legit in. j. ad
Heb. Et qui ē signaculū seu sigillū ad impri
mendū decoris sui similitudinē cordi huma
no sicut legit in. viij. Cant. pone me inqt
sicut signaculū sup cor tuū. Et iterū. Qua
si excolitur cor humanum et aratur timo
re. teritꝰ dolore. cōpluitur lachrimis. semi
natur verbo dei. cogitando seu meditan
do ante susceptionē gratie gratificantis
ita qꝫ vtriusqꝫ sit pleno iure ⁊ de seruo similiter. Si enim pleno iure esset vir iste istius mulieris quantum ad vsum corporis sui coniugalem non nisi de licencia ipsius posset alia mulier eodem iure vti hoc autem factum est cum pleno esset alterius secundum hoc. Postquam enim pleno iure est illius alterius indubitanter absqꝫ licencia et assensu possessoris immo ea contradicente liceret eidem eo vti. Quod si dixerit qꝫ alter dat ius plenum corporis sui alteri quantum ad vsum corporalem alter vero non. Ecce manifestum est qꝫ ex altera parte non est matrimonium. Sed sicut solet dici claudicatio est ex altera parte propter inequalitatem consensus. Et qui non dat ius vtendi corpore suo illi alii. sed ad tempus vt meretrix aut concubina aut amator turpis aut fornicator. Inter amasium autem et amasiam ⁊ si sit turpis consuetudo. nemo tamen vocat vinculum turpis societatis que est inter eos matrimonium. Consentire enim ad tempus vel dare vsum corporis ad tempus non est contractus vllo modo matrimonialis. Si autem dicat ita vir volo ita vti corpore tuo. cum voluero et volo similiter te vti corpore meo quando similiter voluero ⁊ quamdiu. Manifestum est quoniam iste remotior est a matrimoniali consensu quam meretrix vel amasia. Meretrix enim ⁊ amasia non sibi totum retinent ius corporis sui. Ad tempus enim corpus suum vtraqꝫ ponit in voluntate vel potestate amantis vel fornicantis iste autem totum sibi retinet et totum ponit in sola voluntate sua. Qua de causa non contrahit matrimonium. procul dubio nec consensus eius matrimonialis est vllo modo. sed fornicatorius tamen maxime minus. aut non erunt vir aut vxor: si neuter alteri plenum ius in corpore suo dederit. Si enim altero solo non dante necesse est eos non esse matrimonium propter inseparabilem coherenciam ⁊ connexionem correlatiuorum. Multo forcius neutro dante alteri ius huiusmodi. Qua propter huiusmodi mas ⁊ femina habebunt se inuicem sicut amator turpis et eius amasia et sicut fornicator et meretrix turpitudinem inuicem volutantes operantes. Manifestum ergo est ⁊ clarum iam non aliter esse matrimonium inter marem ⁊ feminam matrimonium nunquam veri nominis nisi plenum ius coniugalis vsus vterqꝫ alteri in corpore suo dederit. Ex quo declaratum est consequenter nec esse nec potuisse vnquam esse matrimonium nisi inter vnum ⁊ vnam. nec aliquem virum nunquam potuisse scilicet habere plures mulieres veri nominis. Quare quamquam plures scilicet habuisse leguntur necessario aut omnes fuerunt concubine. aut omnes preter vnam. Et quoniam matrimonia sola domos edificant. cognationes propagant. familias multiplicant. Ciuitates seu populos congregant seu coadunant. ⁊ per illa sola fornicationum turpitudinibus ⁊ ignominiarum flagiciis ceterisqꝫ malis que nunc tacuimus. que adeo inimica ac pestifera sunt nature humane apparet euidenter quam vtile qꝫ honestum quamqꝫ fecunditati nature humane necessarium et felicitati future acquirende expediens sit matrimonia inire iuraqꝫ eorum seruare. Amplius. si non est sic firma adherencia societatisqꝫ maris et femine sed liberum sit eis atqꝫ licitum ad inuicem coniungi ⁊ ab inuicem voluntate sua discedere cum rarissima inueniatur inter mares et feminas diutina perseueransqꝫ concordia seqꝫ et multis inuicem aut odiant fastidiant aut alias coniunctiones affectant seu commixtiones. Manifestum est quod peribit in maximo generis humani esse: non solum edificatio domorum sed tandem congregatio populorum ⁊ ciuitatum. peribit etiam pietas parentum in filios ⁊ filiorum in parentes: peribunt innumere necessitudines hoc est amoris indissolubilia vincula cum se inuicem non agnoscant. videlicet nec parentes filios nec filii parentes. nec fratres se inuicem nec cognati. Cum enim grauiora instabunt eis onera apte feminarum hoc est grauidas eas deprehendent vel suspicabuntur eas dimittent. Propter quod peribit bonum educationis paruulorum in maximo generis humani peribit etiam innumera multitudo paruulorum propter defectum educationis. Peribit ⁊ bonum educationis ipsorum ceterequꝫ perfectiones vt diximus. Manifestum ergo est necesse fuisse ⁊ esse vt firmetur coniunctio siue societas maris ⁊ femine in genere humano. Non potest autem fieri firme nisi efficiatur iuris perpetui. Coniunctio autem siue societas verissima diffinitione est matrimonium. Jus autem istud idcirco perpetuum diximus quia marem ⁊ feminam obligat ⁊ constringit ad seruandam inuicem societatem istam. ius vero propter hoc diximus quia sine iniuria ⁊ iniquitate neutri licet contrafacere. Et quoniam iura sola non sufficiunt componere mores hominum nec eos instruere ⁊ informare vt decet nobilitatem nature ⁊ speciei humane propter innatam eis aut consuetam virilitatem hoc est desideriorum aut aliarum passionum effrenitatem. Ex quibus premissis sunt honestissimorum preceptorum et transgredi limites ⁊ irrumpere vincula necessarius fuit timor: quo insanissima ista compesceretur audacia ⁊ ius seu potestas que

iniqua compmeretur violentia. Quapropter necessaria fuit lex que terrorē cōminatione incuteret et magistratus q gladio publice potestatis transgressores repmit. Ex qbus iam declaratū tibi ē vnde ortuz habuit lex de fustigādis. seu aliter puniēdis adulteris et lex de lenonibus eiciendis ō ciuitatibus. Et quoniā lex nō ē nisi honestas p hos magistrat⁹ aut scriptura reuelata ante pmulgata imposita seu indicta populis. Magistratus aūt nō ē nisi mynister ipius legis. Manifestū ē q honestas ē diuine auctoritatis statutū. Manifestuz ē et clarū q omnis mynister hui⁹ legi minister dei ē et si sit popli magistratus sicut dicit Apl's in .xiij. ad Roma. Et quoniā ō bus q ptinet ad magistratū nihil faciēdū ē inconsulto magistratu et nisi scōm qd dictauerint magistratus. Manifestū est mrimonia nō eē contrahēda nisi per magistratū cui cōmissum ē matrimonia iudicare. Hic aūt ē magystratus ecclesiasticus siue clerus. Quare p ecclesiaz contrahēda sunt mrimonia. Et ideo p prelatū ecclesie q totius ecclesie vices et auctoritatez gerit vel p eius vicariū adhoc ab eo deputatū. Si qs autē dixerit q liberū ē sibi dare potestatem et ius corporis sui cui voluerit et quotiens siue q̄diu voluerit. maxime de assensu recipientis cui licitum ē renūciare iuri suo put voluerit. Dicim⁹ q errat pnicíosissime. Primū q si nō licet filio familias ante emancipationē suā quicq̄ ō se vl' de suis disponere sed totaliter ē in cōsilio et dispositione patrisfamilias. Et si quid fecus egerit ipo iure irritū ē a patrefamilias reuocat. Oēs aūt viri et femine filijfamilias sunt patris celestis dei scilz omīpotētis nullo tēpore emancipabiles. ergo multofortius non licet eis quicq̄ de se vl' suis contra preceptum eius aut voluntatez facere. Si enim hoc debetur patribusfamilias carnalib⁹ quāto fortius patri illi ex q̄ omnis paternitas in celo et in terra nominatur Sicut legitur ad Ephe. .iij. Amplius. si non licet pupillo q̄zdiu sub tutela patris est quicq̄ de se vel suis facere absq̄ voluntate tutoris. ex necessitate autem semper sub tutela dei sumus. Quare nunq̄z licet nobis quicq̄z de nobis vl' nostris facere preter eius voluntatem et assensum Ualidissimu autem est argumentū de seruo qui de corpore suo nec de alijs quicq̄z facere potest nisi de voluntate domini sui

Incomparabiliter autez pinguiori ac pleniori vite seruitutis deo subditi sumus q̄ serui dominis suis corporalibus. Quare nihil nobis multofortius de nobis aut nostris facere licet nisi de assensu et voluntate ipius. Si autē querat vnde addiscā voluntatem dei in parte ista. Respondeo q omnis honestas est dei voluntas Lex autem honestatis est dei volūtas p scripturā reuelata. Quare manifestū ē firmitatem dico matrimonialem et honestatem esse et dei voluntatem. Amplius. quia manifestū est dei voluntatem esse vt multiplicentur indiuidua speciei humane in mundo et vt multiplicentur sicut maxime decet et maxime expedit pro statu corruptionis istius. maxime autem decet sicut maxime honestum est sicut maxime ē longe ab inhonestate et turpitudine. Et hoc est p matrimonium. Maxime autem expedit sicut maxime est longe a nocumentis et periculis et hoc iterum est per matrimonium sicut ostendim⁹. Quoniam scilicet alie vie habent nocumenta et pericula absq̄ nūero et estimatione. Manifestū ergo q non est voluntas beneplaciti dei vt multiplicentur indiuidua speciei humane paliam viam in mundo isto q̄z per matrimonium. Multiplicentur intelligimus hocē vt fiat opus multiplicationis siue generationis aliter q̄z per matrimoniū intelligatur actiue q dictum est sub hoc sensu. nō est voluntas dei vt multiplicentur indiuidua huiusmodi id ē vt seinuicem multiplicent. Qd si dixerit quis multiplicatio generis humani bonuz est et ppter illam ē vis generatiua mihi a deo data et mulieri illi similiter data fecunditas velut agro nobilissimo volo in agro illo seminare nobilissimum fructum plis. Et de isto respondemus q similiter errat. Non enim licet tibi seminare in agro non tuo. Non autē potest fieri ager tuus nisi per matrimonium quare non licet tibi seminare in agro illo donec tibi per mrimonium tuus effectus fuerit. Lex vī enī est q in alieno agro nulli seminare licet preter voluntatem domini cuius est ager. Qd si dixerit cuius est ager ille ipius mulieris est. nos tamē tenemus hoc nec sequitur si potest tibi dare corpus suum mulier illa ad tempus qd ideo possis hoc facere ad horam. Quemadmodum episcopus potest dare prebendam alicui iure perpetuo non tamē ad di

em vel horam licet et hic casum. Manifestum sit limitatum esse et prescriptum auctoritate divina vt nõ possint dare in corporibus suis q̃nti ad opus generationis nisi ius perpetuũ et hoc ꝓpter bona que ex perpetuitate et firmitate iuris istius ꝓveniunt et mala que ex contrariis ꝓvenirent. bona autem que enumeravimus videlicet edificationes domorum. propagatiões cognationum. multiplicationes familiarum. cõgregationes vrbium seu populorum. Et iterum ꝓvisio seu procuratio eniurarum. educatio liberorum. custodia ꝛ eruditio eorum. totaq; consequens protisio illorum. Hec inq̃ omnia bona intelligimus ꝓvenire ex matrimoniis secundum q̃d et in pluribꝰ individuis humane speciei. licet autem in aliquibus eorum bona ista ex matrimonio non ꝓveniunt. quia in paucissimis. hoc accidit propter multiplices casus et causas. Non ideo tamen cessare debuit lex generalis de matrimonio. Nulla enim lex est lata contra maleficia que malefactores omnes compescat et a maleficiis absterreat. Lex enim lata de latronibus suspendendum non omnes latrones a latrociniis retrahit ꝛ ad hũc modum se habet de aliis vt in pluribus autẽ et vt in maximo huius leges faciũt quod per eas intenditur. In paucis autem ꝛ raro secus accidit et contrarium fit. Quẽadmodum ergo natura humana intẽdit cõplere matrimonium membrorum et decorem ꝛ in omni individuo suo. Econtrario tamen multis casibus et causis interdum accidit videlicet vt excedenter generentur numero membrorum excedentes. vt qui nascuntur senos digitos habentes in manibus. alia diminuti vt qui nascuntur ternos vel quaternos digitos habentes tm̃. Sic lex omnis que veri nominis lex est. et omnis magistratus suum implens officium, decorem honestatis et compositionẽ morum intendit in subditas qui licet non in omnes ꝓveniant per sollicitudinem magistratus ꝓpter paucorum maliciã ac rebellionem publicũ bonũ quod in pluribus ꝓvenit nec cessare nec omitti debet. Non enim propter paucorum transgressionem lex evacuanda est nec ꝓpter paucorum rebellionem magistratꝰ desistere debet a sue coniunctionis officio. Si q̃s autem dixerit vxorem habeo sterilem cuꝫ possem in alia forma feminea generare. eius sterilitas impedit fecunditatem meam. non sum compellendus in agro sterili seminare. cessat hec causa matrimonii. scilicet fructus prolis qui nullus omnino potest ex ea succrescere. absolvẽdus ergo sum a vinculo matrimoniali quo ei tue astrinxi. Respondemus quia nõ solus fructus prolis causa est matrimonii neq; totum bonum istius proles. fortassis autem locum habuisset ab initio ipa sterilitas vt matrimonium contrahendum impediret et omnino cuius sterilitas certa esset nubi ducenda non esset. Postq̃ autẽ ius ei ꝑpetuum acquisitum est in te ꝛ corpore tuo sine culpa sua. quin merito hoc requirat, non privabitur illo.

Epylogus.

e T quia iam declaravimus necessitatem ꝛ vtilitatem matrimonii ꝛ causas dedimus atq; ꝓbationes ꝓpter quas firma debet esse atq; ꝑpetua continctio sive societatis maris ꝛ femine Et quia omnis alia eorum coniunctio ad opus generationis turpis et omnio illicita. Enumeravimus etiam et nominavimus bona ꝓ parte q̃ et matrimoniis ꝓveniũt.

r Evertamur nũc ad ostendendam ꝛ declarandam honestatẽ ac sanctitatem matrimonii aliaq; bona propter que etiam sacramenti nomine dignum est et inter sacramẽta numeratum. et que sit perfectio societatis ipsius queq; debita que sibinvicem debent coniuges seu coniugati. Deinde respondentes contradictionibus sarracenorum et aliorum qui de matrimonio male senserant. erroresq; eorum palam facientes finem faciemus tractatus istius.

d Icamꝰ ergo quia honestatis matrimonii decor licet ex turpitudine inhonestatis cõtrarii sui satis eluceat in proximo fieri manifesta Quicquid enim naturale est honestum est. Manifestum autem est quia matrimonium a deo naturale est vt etiam in nõ nullis brutis animalibus ipa natura illud instituisse videatur. sicut apparet in volatilibꝰ scilicet columbis turturibus et cyconiis ꝛ pene in omnibus aliis. De gressibilibus autem maxime in vrsis q ꝛ in opere generatiõis velut fidem ꝯiugii sibinvicẽ inviolabiliter servant adulterium non ferentes. Amplꝰ. q̃a honestas ẽ q̃ inhonestati maxime repugnat illaꝫ q̃ maxie scdm se

destruit:matrimoniū autē scđz se turpitu-
dinē fornicatōis ac meretricii ceteraq̄ hu-
flagicia destruit ꝛ impugnat vt ipa cōtra
rietate quā habet ad illa.adherere eni vni
ↄtrariū ē illi qđ ē ↄiungi multis. Et iterū
adherere ꝑpetuo contrariū ē ei qđ ē adhe
rere ad tps siue ad horā. Silr ↄiungi libe
re siue volūtarie.Sic ꝛ cōiungi inseparabi-
liter ↄtrariū est ei qđ est ↄiungi vni mascu
lo a uti multis iuxta coplexiones ↄtrarioꝝ
Quia ergo ista matrimonij sunt ꝑ se ꝛ in
se honesta. Illa aūt cōtraria mrīmonio ꝛ
in seipis ihonesta ac turpia.manifesta est
honestas mrīmonij qđ sua contrarietate
tantam inhonestatem destruit et repellit.

Amplius. quoniam decor ē qđ decet.
Nulla autē ↄiunctio decentior ē q̄z actiui
et passiui inq̄nm talia sunt adiuuabilis ꝛ
adiutoꝝ.agricolantis et agri.partiūq̄z in
suo toto cōueniens cōiunctio ꝛ ramoꝝ in
arbore sua. Hec aūt oīa mrīmoniū ē. Ap-
paret ergo decor ipius ex ipa decētia qua
marē decet femina et econuerso. Qđ si qs
dixerit q̄ iuuenem masculū nō decet femi
na vetula nec fecundū sterilis. Et ꝑpt hoc
mrīmoniū inter huiꝰ nō ē decoris.dicimꝰ
q̄ eodē mō dicere posset q̄ strabonē non
decet recte aspiciēs. aut econuerso. Et vidē-
tē nō decet ceca. Et sapientē nō decet stul-
ta.et egrū nō decet sana.et ecōuerso.aut
recte ambulantem clauda. Ista eī ꝛ ꝑ acci-
dens sunt tanq̄z casu. alia seorsūq̄z longe
ab intentione ꝛ ratiōe mrīmonij. Accidūt
aūt a longe mrīmonio ꝓpter ꝑsonas i q̄-
bus sunt q̄bus ꝛ accidit vt fit iter eas mrī
moniū. Nulla tenꝰ autē in mrīmonio vl'
de mrīmonio ē hmōi idecentia nec tangit
ipm. Si qs aūt decorē naturalez generis
humani diligēter ↄsideret iueniet ipum ꝑ
mrīmoniū velut arborē speciosaz fructife-
rā Sicut legit' hiere.xi Et sicut agrū plenū
cui bn̄dixit dn̄s Gen.xxvij. Domꝰ vo ↄiu-
gatoꝝ inuenies sicut arbores frondosas
ac fructibꝰ onustas q̄s meretriciū aut so-
domia nō exussent.aut fornicatio non di-
ripuerit.aut sterilitas seu aliud incomodū
nō occasionauerit. Que vo decore generi
humani occupat sodomia sicut exusta sūt
Que vo occupat fornicatio ꝛ meretriciuz
sunt sicut cōculcata. Que vo sterilitas sic
arida seu arefacta q̄ntū ad fructū genera-
tionis carnalis Sicut legit' ysa.lvj. Non
dicat eunuchus. Ecce ego lignuz aridum.

Sanctitas autē mrīmonij. Primū
est elongatio a turpitudine et exe
cratione ꝓhibitarū turpitudinū ꝛ
immūdiciaꝝ. Illa eī debet eē intentio nu-
bentiū vt ab hijs ꝑ mrīmoniū longe se fa-
ciant. Scđo ex custodia ꝛ retractione con
sortis ab huiusmōi. Tercio ex iugo perpe
tue s'uitutis quo se subijcit alter alteri abs
q̄z ꝑncipe. Quarto ex susceptiōne onerum
videlicet ꝓuisionis educationis ꝛ cetero-
rū que numerauimꝰ. Quinto ex suscepti-
one regiminis ipius vxoris.qđ diamꝰ q̄n-
tum ad virum.in regimine totius domus
pars sollicitudinis incumbit vxori. Nō eī
vxorem recipit solummodo exhibendam
in necessarijs victus et vestitus.sed etiam
regendam compositione moꝝum ipsiusq̄z
eruditioneq̄z et correctione quatenus sūi
est perficiendam. Nec reputes leuem cu-
ram ꝛ onus modicum regimen mulieris
vnius. Sexto ex fructu ꝓlis.per se solum
licet magnum bonum sit coniunctionē tm̄
maris et femine sanctificare nō sufficeret.
Septimo vo ex ipso sacramento q̄ ipsum
matrimoniū sacrum signum est matrimo
nij spiritualis. Quod esse debet inter deū
et animam humanā. vt quēadmoduz vir
ↄiunctione ꝛ amplexu carnali de vxore q̄-
rit et intendit in ea generare filios littera-
les siue carnales.sic sciat recolat et legat i
ipo suo matrimonio velut exemplo et cō-
iunctione charitas et amplexu ex anima
ipsa sua filios spirituales hoc est bonoꝝ
operum sobolem et ꝓlem. Et nisi ex ipso
viro semē transfunditur carnalis genera-
tionis in ipam vxorem vt concipiat et pa-
riat alios nec conceptura nec paritura ꝓ-
lem carnalem.sic sciat ab omni fructu bo-
noꝝum operum animam suam remanere
sterilem nisi a deo spirituali viro illius vi-
uificum semen verbi dei et diuine grē in-
fundatur. Legat etiaz in libro sacramenti
eiusdē vt quēadmodū iure mrīmonij car-
nalis istius subiecta ē regimi eiꝰ vxor ita ꝛ
animā suā subiectā deo exhibeat legibus
eius ꝛ iussis in nullo ↄtradicētē.legat ꝛ q̄r
to vt quēadmodū vxorē suā vult eē specio
sam ꝛ ornatā scilicz sibiq̄z ꝑ oīa placētem
Sic ꝛ animā suā decore v'tutū speciosaz ꝑ
oīaq̄z placētem deo exhibere studeat tāq̄z
eiusdē spiritualē spōsaz.legat ꝛ q̄nto vt sic
castitatē corꝑalē zelat i vxore sic ꝛ deū sci-
at imo amplꝰ icōꝑabilit' deū zelare casti-
tatē spūalē i aīa illiꝰ: legat ꝛ sexto vt sicut

ipsam vxorem decet habere curā domus videlicet vt mūda sit custodiāq; ꝛ educationē filioꝝ sic ꝛ deus animā eiusdez vult curā et sollicitudinē gerere domus conscientie sue scꝫ vt mūda sit ab omni inquinamēto carnis et spiritus. et vt educet et nutriat pinguedine deuotionis. et lachrimarū cōmunitate. et assuefactionis filios bonorū operꝝ. Ista enī tria sunt que maxime nutriūt eos et augmētāt. Deinde custodiat eos ꝑ timorē humilitatē ac disciplinam que sunt custodes fidelissimi oim bonorū ꝓpt̄ hoc bonū scꝫ sacramēti qḋ ē radix et causa optima ac ꝑpua cōiunctionis maris ꝛ femine. Ubi autez alter ꝯiugū bonū istud impugnat in altero ꝑ ꝯīn actꝰ. separandi sunt abinuicē ne bonū cui militare possimū debet ipa ꝯiunctio econtrario impugnet et destruat. Et attende ꝙ ipsam sacramentū matrimonij fortissimā habet impressionē spiritualis mr̄imonij ꝓpter vehementia rememorationis ipsiꝰ. Assidue eniꝫ illud ꝯiugibus quātū in ipo ē rememorat ꝛ imp̄mit. et ꝓpter hoc fortissimū ē adiutoriū apte ista vehementerq; impressiuū sanctitans. Sanctitas eī nō est nisi elōgatio ab execrationibꝰ ꝛ cōtaminationibꝰ vicioꝝ ꝛ peccatoꝝ. Et adherētia totalis ad deum In pte vero alioꝝ bonoꝝ sex que iaꝫ nominauimꝰ ꝛ numerauimꝰ. Iam ubi claꝝ ē ꝙ efficax sit adiutoriū ꝛ velut instrumentū sanctificationis. Cū ꝑ ipsum oēs luxurie turpitudines ꝛ abbominationes ꝓpellātur. Quid aūt pietatis habeat ꝛ beneficētie tā spiritualis ꝗꝫ corꝑalis ipm regimen vxoris eruditio ꝗꝫ liberoꝝ ceteraq; i parte ista a nobis iam dicta euidēter ostendāt. Ex qbus omnibus manifestum ē cōiuges q hec oīa bona ꝛ singula in sua mr̄imoniali cōiunctione incenderūt ꝛ ꝓpter sola sibinuicē mr̄imonialiter cōiuncti sunt non solū ꝓdentissime sꝫ etiā sanctissime esse coniunctos. Et iste modus coniunctionis ē quē laudauit raphael archāgelꝰ thobie Thobie. vi. Qui vero saltē in generali bona matrimonij ꝑ mr̄imoniū intendūt ꝛ querunt licet sigillatim illa ac distincte nō nouerint ꝑ ea intētione ac laudāda cōiungunt. Qui vero mr̄imonio contrariū intendunt verbi gra. Qui amore explēde libidinis sue tm̄ fornicarias matrimonia ineunt potest eis dici quod idē archangelus in eodē dicit ꝑualere demoniū ꝛ an veri nois matrimonii cōtrahat questio ē apud nonnullos.

Non eī videtur matrimōnialis eē cōsensus inter hmōi sed amatorius tm̄ ꝑsertim cū dicit Augꝰ. Qˡ vehemēs amator vxoris adulter ē. Et alibi. Adulter est q in vxore ꝓpa querit transitoriam voluptatem.

Amplius. cum omnia bona matrimonii excludat ab intentione sua ꝛ consensu q̄liter iudicabitur ꝯsensus huiꝰ mr̄imonialis Amplius. Cū ꝯiunctio istoꝝ fornicatoria sit vel amatoria tm̄. Qualiter erit sacramentū spūalis ꝯiunctionis siue mr̄imonij inī animā humanā ꝛ deū. Respōdemꝰ. Qˡ ꝛ si amor explēde libidinis sue solus illos moueat vel eorum alterum ad oia tamē onera matrimonij vterq; se obligat pactione ꝯiugali hoc est ad vxorē regendā ꝛ exhibenda ꝛ seruandā ꝛ fidē thori ꝛ oia alia onera q̄ noiauimus. Quēadmodum autē siqs baptizaret causa luxurie tm̄ concupiscētie scꝫ specie alicuiꝰ xp̄iane mulieri quā alit̄ nō posset nisi baptizaretur baptizaret ꝛ vniꝰ sacramētū baptismi reciperet. Sic ꝛ iste vniꝰ sacramētū matrimonij ꝑcipit et si non recta intētione ꝯsensus etiā iste ꝛ si amore libidinis sit tm̄ mr̄imonialis cū ē non fornicarius aut amatorius. Nō eī in solā libidinē consentit. Sꝫ etiā in omnia onera mr̄imonij ꝛ ad omnia illa portāda se obligat sic ꝛ ille q causa luxurie sue explende tm̄ baptizat non i solā luxuriā consentit sed etiā in hoc vt baptizetur ꝛ xp̄ianus fiat ꝛ ad oia agēda et sustinenda q̄ xp̄ianissimi sunt se obligat ipa susceptione baptismi sic et ille ipa susceptione matrimonij. Et quemadmodū multi xp̄iani sarracenice viuunt aut iudaice si ac sarracenizant aut iudaizant in multis Iuxta prefatum verbum. Inquinantes ꝛ polluentes quantum in ipis est. Sicut illi sacramantam baptismi. Utrum autem peccet mortaliter qui causa voluptatꝰ carnalis tm̄ vxorem suam cognoscat si qs querat. Respondemus ꝙ non. licet enim voluptatem intendat et non alium finez. nō tamen excludit alium finem siue aliud bonum. et ideo non peccat mortaliter sanctitate matrimonij excusante. Sed si matrimonium ꝓpter solam voluptatem carnis aut solā auariciā aut supbia ab initio inijt et contraxit matrimonium. bonis autem exclusis ac neglectis. hoc est non curatis. ibi verisimile est illū peccasse mortaliter si adultꝰ sit a dōq; puerꝰ atꝫ eruditus vt talia nosse merito debeat. Aliud eniꝫ est ad

borū et impetu et vehemētia cōcupiscēcie
trahi. aliud ē totā vitā scilicet oare concu-
piscēcie seq; illi quodāmodo ꝑpetuo dedi
care qđ indubitanter facit qui sic matrimo-
niū ꝯtrahit. Q̄ si forte in hoc ꝯtinuus his
siue assiduus sit vt vxorē suaȝ amore solo
voluptatis cognoscat. Jā iuxta ꝟbū aug⁹
illā vt adulterā seu fornicatoriā habet. nō
vt vxorē. Nō eī possidet hmōi hō vas suū
in sanctificatiōe ⁊ honore s; in passiōe de-
siderij sicut gētes q̄ ignorāt deū Sicut dic
Apostolus in.iiij. p̄me ad Thessal. Vas
autē suū intelligitur vel corpus ꝓpriū vl
corpus vxoris. quorꝫ vtrūq; sanctificatiōe
⁊ honore possidendū ē nō incōtaminati-
one et ꝯtumelia. Jntendere ergo debet in
ipo ope ꝯiugali vterq; ꝯiugū vel ius mu-
tue seruitutis qđ ē reddere debitū. ꝓpter
qđ dicit Apl̄us in.vij. p̄me ad Cor. Quia
vir non habet potestatē corpis sui s; muli
er nec ecōuerso. vel fructū prolis. sicut An
na Thobie.vij. Vel remediū fornicatōis
et hoc tam sibi q̄ȝ cōiugi. Non eī vt ipse so
lus effugiat fornicationē cognoscere debȝ
vxorē. s; etiā vt ⁊ ipsa vxor. Nō eī sibi soli
alteruter cauere debet qn etiā alter alteri.
Cōmune eī remediū amborꝫ ē mr̄imoniū
Et ꝓpter hoc neuter debet sibi illud solita
rie vel singulariter vēdicare. Q̄ si forte per
aliquā surreptionē nihil horꝫ q̄ diximꝰ in
tendēs alter coniugū. Vel vterq; aliquan
do ꝯmisceantur nō adiudicamus alterutrꝫ
eorꝫ ꝓpter hoc morti eterne. nec tamen a
culpa veniali eos dicimus immunes.

b Abet et matrimoniū non parum
sanctitatis ex benedictione vl' ora
tione sacerdotali sine q̄ nūq; cele-
brandū ē matrimoniū quā quicūq; ꝯtem
pserint aut declinauerint. nisi metu iusto.
aut alia causa necessaria non sunt coniu-
ges habēdi sed fornicarij nec filij eorꝫ le
gittimi eē censendi. Si eī nec cibus sumē-
dus ē absq; oratiōe ⁊ bn̄dictiōe sacerdo-
tali vbi sacerdotis ē copia nec aliqđ opus
etiā leue aut modicū q̄ opis noīe dignuȝ
sit aggrediendū vl' faciēdū absq; bn̄dicti-
one ⁊ diuīa inocatiōe sicut dic Apl̄s i.iij.
ad Coll'. Omia quecūq; facitis i ꝟbo aut
ope oia i noīe dn̄i iesu xp̄i facite grās agē
tes ⁊ deo pri ꝑ ipm. Amplꝰ. q; grā sā
ctificationis ꝑ mr̄imoniū querenda et exe
crationes carnaliū cōtaminationū exter-
mināde. Jtaq; cōiunctio maris et femine
sanctificāda ē ꝯ carnis illecebras et antiq
serpētis īsidias. grā ꝟo sanctificationis et
puritas spiritualis nec deo acceptabilius
quem nec efficatius aut facilius obtineri a
p̄re misericordiarꝫ q̄ȝ gratiosissimis eccl'ie p̄ci
bus. nō solū saluberrimū s; etiā decēs ne-
cessariū nubentibus ipendi. sacerdotaleȝ
bn̄dictionē ⁊ orationes eccl'ie fieri sup eos
qbus eis mr̄imonialis sanctitas impetre
tur. Amplꝰ. bonū pacis ⁊ cōcordie si-
ne qbus bona mr̄imonij nō ꝓueniūt eis
quorū p̄ces sibi nō sufficiūt ꝑ ecclesiā que
nunq; ꝑ largissimū largitorē oim bonorꝫ
dei repulsam patitur. sicut tractatu baptismi
declarauimus. Cuius p̄ces aūt q̄ȝ vacuet
postulandū impetrādū ē a deo q solus il-
lud p̄stare potest q masculū et feminā ab
initio creauit coniunctionēq; eorꝫ sanctifi
cauit eosq; ad multiplicationeȝ sua bn̄di
ctione fecūdauit. Amplius. manifestū
ē vxores patriarcharꝫ fuisse steriles videli
cet Sarā ⁊ Rebeccā Sicut legitur Gen̄. xv-
iij. ⁊. xxv. et orationibus eorū fecunditatē
ipetrasse Sicut legitur ibidē de alijs multa
exempla sūt i veteri testamēto ⁊ i nouo de
Elizabeth Luce. j. Quibꝰ exemplis qd ali
ud educitur cōiuges q̄ȝ bonū fecunditatis
a p̄re misericordiarū ꝑ oratiōes ecclesie obtine
re etiā si opus ē ꝯ naturam. Amplius.
si contra omne piculuȝ oratione muniēdi
sumus. Vbi autē castitas i maiori piculo
esse potest q̄ȝ iuxta incentiuū libidinis s;
vbi vir iuxta vxorē ⁊ vxor iuxta virū. Vbi
ꝟo corpus mulieris i maiori periculo esse
potest q̄ȝ i partu. Tū ergo ꝓpter pericula
spiritualia. tum ꝓpter corpalia adiuuandi
sunt ⁊ muniendi nubētes oratiōe ⁊ bn̄di-
ctiōe sacerdotali que ē oratio totius eccle
sie. Amp̄. si nemo religiose eruditus vl'
plantat arborē vel iserit vl' ramū iterꝰ ise
rit ramū ramo absq; benedictiōe ⁊ diui-
ni nominis inocatione. Quātoforꝰ rami
isti s; ⁊ mas ⁊ femina cōiungēdi nō sūt
absq; oratiōe et diuini noīs inuocatione
Amp̄. si p̄mi materiales lapides i edi-
ficio domus materialis non ponūtur abs
q; oratione ⁊ bn̄dictione quātoforꝰ in
edificio domus spiritualis non sunt ponē
di seu coniūgendi isti lapides primi mas
s; ⁊ femina ⁊ vt ad vnū dicamus qa con
iunctio maris ⁊ femine ꝓxima ē ꝯtamina
tioni libidinis ac vicinissima ⁊ sola ꝟtute
diuina superabilis nullum opus est ma-
gis adiuuandū magisq; muniendūȝ ora
tione ⁊ benedictione sacerdotali.

e Tquia matrimoniū soperius diximus vinculū pfecte societatis. Restat nobis determiare ptes societatis istius. Harū ergo pma ē in ipa vera religione que ē diuine bonorificētie debitus cultus. Cum autem vere religionis vterq; debito: sit p se tm̄ ex viculo mřimoniali debent in ea sibinuicem ad eam seruandā augendā aut ampliandā in totaq; domo sua. nod solū in filios dilatādā sollicite ac fideliter adiouare. Uera enim religio ē obseruantia. hoc ē integra et illesa iuris matrimonialis qd ē vel eē debet int deū ꝛ quālibet animā bomanā. Hoc matrimoniū ꝯtractū ē inter omnes ꝟe religionis pfessores et deum. In hac ergo socii debent eē cōinges fidelesq; sibinuicem vt dimmos coadiutores. vt alter alterum deuiare a veritate religiōis nō sinat. ꝛ ipam veram religionem ptinaciter ac desperate correctionis contumacia impugnantē. cōsilio ecclesie deserat. Hmōi autē causas iā assignauim⁹ videlicet ne matrimonio qd religionē veram et dei cultū sodere ac diruere deb; matrimonio spūali militare totaliter ac seruire. ipm discindat atq; disrūpat. Et hoc ē consilium apl'i in. vij. pme ad Cor. Intelligim⁹ aūt istam impugnatione ꝟe religionis ꝗntū ad fidē ꝛ coltū non ꝗntū ad mores. Nō enim si vir cogere velit vxorē ad furandū vel rapiendū vel etiam fornicandum. vel ad quodcūq; aliud qd xp̄ianum nomē ꝛ pfessionē non adferet. diam⁹ mřimoniū eē sepandū. nec licere vxori vt ppter hoc ad alia vota se transferat. Sed si infirma ēvt viri molestias in pte ferre nō valeat. cōsilio ꝛ auctoritate ecclesie se cedendū et eē a viro ad tp̄us expectareq; ꝛ pcurare prudēter si potest correctionē ipi⁹. Scđa ps ꝯiugal' societatꝫ ē cōmunio corpoꝝ ad op⁹ ꝯiogale seu generationis. Tercia ꝯmunio bonoꝝ tpaliū quib⁹ dō licꝫ alteꝝ alteri fraudē facere. Quarta cōmonio ē bominū ppoꝝ q̄ ē custodiēda seīnuicē ac fuuēdi ꝓuidēdiq; sibinuicē tā i sanitate q̄ṡ īfirmitate. Quīta est cōmunio bominū liberoꝝ totiusq; familie que sūt educatio erudino regnū ꝛ in posterū ꝓuiso. Est ergo perfecta societas ex bꝫs q̄nq; ꝯmunionib⁹ ꝛ in bꝫs integre totaliterq; cōsistit ꝛ ad istam societatē se obligāt ad omnesq; partes ipius quicūq; matrimoniali vinculo sibinuicē astringūtur.

Epylogus.

l Am ergo declaratū ē tibi qđ est matrimoniū qđoniā ipm est sancta ac sanctificantia ac pfecta societas maris ꝛ femine in genere būano. Et qm̄ sanctitas ei⁹ ꝗtum ex vij. bonis q̄ ex eo ꝓueniunt. ꝗtum et būdictione nuptiali et sanctificatione sacerdotali. Et qm̄ ipm ē pfecta societas sue pfecte societatis vinculū. Noīauimusq; tibi ꝛ nūerauim⁹ ptes. societatis istius videlicet qdinq; cōmuniones q̄s nō ē necesse vt repetam⁹. Consequēter ꝟo destruem⁹ voluptatē ipam carnalē omnis ꝯcubitos. Potest ei voluptatē bř̄e spiritualē concubit⁹ licet carnale sit omē ei opus ꝟtutis aut habet delectationē aut bř̄e potest. iuxta illud qđ dictū ē in Psal. In custodiēdis illis retributio multa. Hoc ē sdauitas ꝛ hilaritas in ipsis opibus ꝛ executione mandatorū dei. Qua pter si fuerit opꝰ ꝯiugale ex iusticia redēdi debitum. vel ex charitate custodiēdi se vel vxorē a macula vel contaminatione fornicatiōis. Nemo dubitare debet quin ex opere isto possit esse in corde operātis aliquando delectatio spiritualis.

i Ncipiamus ergo adiuuāte deo ꝓsequi bestiā istā q̄ maiorē partem generis bomani ab initio vsq; ad finem deuorare ꝛ absorbere nō cessat per cucientes ipsam in ipsa radice sua. Primū enim cōcupiscētia quā si precidere acumine disputatiōis celesti ꝟtute preualuerim⁹ exterminabitur ipsa ꝛ destruet radicitus. Dicamus ergo q̄ membra genitalia nullum babent priuilegium exceptionis q̄ libera sint et exempta a subiectione et obedientia rationis seu liberi arbitrii seu libere voluntati subiecta. Ergo sunt naturali lege et iure ratiōi subiecta sicut et cetera mēbra exteriora ergo nō licet eis moueri cōtra pbibitionē ꝛ volūtatē ratiōis. q̄ si mouent iniuste mouēt. q2 ꝯtra ius ipsi⁹ rationis ꝛ ꝯtra iusticiā obediētie quā naturali lege debent ipsi rationi. Amp. oīs volūtas ratōnis sane ꝛ nulla ex pte errāt bona ꝛ iusta ē. Et ab bꝫs qb⁹ de iure iperat faciēda. iure aūt nature ratio imperat oīb⁹ virib⁹ inferiorib⁹ oīb⁹ carnis mēbris. Sanissime aūt ꝛ absq; oī errore vult ratio qetē mēbroꝝ genitaliū ꝛ pacē omnimodā ꝟtutis castimonie q̄ motu mēbroꝝ bmōi neq̄ssime impugnat. Quare mēbra genitalia lege nature qescere dn̄t ac cessare ab bmōi motib⁹ ad iussū vl' iperiū rōis

Amplius. Concupiscit ꝺo caro aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem vt dicit Apostolus in .v. ad Galathas. Et nos omnes et singuli hoc ipm ipa experiencia sensus vltra ꝙ opus est cognoscimus Aut ergo iustum habet bellum aduersus spiritum caro. aut non. Si iustū ergo spiritus habet bellum. iniustū sive iniquum aduersus carnē. quare iniquū ē vel iniustū spiritum vincere carnem. Nō est ergo adiuuandus spiritus contra carnē. Inique ergo laborauerunt tot milia sanctorū dimicantes tam strennuiter cum spiritu cōtra carnem. Amplius. Si iustū est bellum carnis contra spiritū ergo iustum est eam vincere. Quare adiuuanda erit in isto bello contra spiritum. ꝛ sequitur ex hoc ꝙ spiritus teneatur desistere a rebellione et repugnantia contra carnem et ita tenebitur cedere et succūbere carni et subire seruitutem eius turpissimā atqꝫ nequissimam. Quare ꝯstituere se omni vicio et desiderio carnis et abire post omnia flagicia. et passiōes ignominie. Restat ergo iniquū esse et iniustum bellum carnis contra spiritum. Compescenda ē autē caro ab omni eo ꝙ iniquum ꝛ iniustum ē. Compescēda ergo est ab omni rebellione cōtra spiritum. Quare ab omni concupiscencia siue concupiscere contra spiritum. Nullꝰ ergo motus concupiscencie contra spiritū sustinendus ergo occidendꝰ vel extinguēdus. Amp. si totum bellū carnis ꝯtra spiritum est iniquū ergo omnes bellatores carnis contra spiritum iniqui. Quare totus exercitus carnis qui militat aduersus spiritum iniquus. Quare ꝛ oēs acies exercitus ipius. ergo et pma que est pmorum motuū. et secunda que est delectacionum citra consensum. Et tercia que ē consensuum. et quarta que est operum. ꝛ quinta que est consuetudinū. et sexta que est execucionū. et septima que est defensionum ꝛ octaua que est gloriacionū de huiusmodi. et nona que ē dogmatizacionū et pdicationum quibus dogmatizantur et pdicātur opa carnis. Et decima que est impugnationū puritatis ac mundicie carnalis qꝫ siue aperte siue occulte castitas carnis ꝛ mundicia impugnātur. siue detrahendo. siue disputando siue insidiando siue vim aut violenciam inferendo.

e Et quia impugnādum ē contra exercitum carnis vsqꝫ ad interitionē ꝛ generaliter contra omnia vicia et peccata. Non enim est victoria de hys nisi per mortificationem et extinctionem. Cū enī hostes visibiles vinci saltem possunt ꝛ viuere esseqꝫ victi simul et viui. vicia tamē ꝛ peccata sola sua mortificatione vincūt nec vnqꝫ victa esse possunt nisi mortua fuerint vita solaqꝫ vicia sua de nobis triumphant. hoc est eo solo ꝙ in nobis viuūt ꝛ quatenus viuūt nos vincunt. Manifestum igiꝛ ē quoniā pmi motus cōcupiscencie carnis occidendi sunt. ꝛ non sūt occidendi. nisi ꝓpter iniquitatē rebellionis aduersus spiritū et suā culpabilitatē. Manifestū ergo est qꝺ omnes sequētes acies multo fortius occidendos. Prima enī acies minimū habet culpe. Secunda plus ꝛ sic deinceps. Quoniā aūt omniū istarum aciez velut dux et regina est ipa voluptas carnalis cui et sub qua militat. multo fortius ipa occidēda ē. Amplius. si omnes motus ad eā vel in eā occidēdus est ꝛ hoc vnqꝫ nō nisi ꝓpter eā multo fortius ē ipsa occidēda. Amplius. si omnis via eius siue ꝗ ipa veniat siue qua veniat in ipsam pcidēda ē ac pꝛumpenda. Manifestū ē ꝙ ꝛ ipa exterminādā ē a nobis ꝛ nos lōge fariēdi ab ea. Amp. cū ipa sit p quā ꝛ ꝓpter quā caro pugnat cōtra spiritum ꝛ per quā maxime fortis ē et pualet ꝯtra spiritum. ipeqꝫ spiritus maxime debilis ꝯtra ipam. adiuuādus autē sit spiritus ꝯtra carnem maxime occidenda est euidenter.

s Atestaꝛ autē huic veritati ipa natura hūana que motos istos vniuersaliter erubescit ꝛ membra genitalia plusqꝫ alia occultat ꝛ abscōdit erubescens ap̄piccionem ipsoꝛ et aspectū. Cū enim erubescēcia sit iuste repꝛhensionis timor sit autem ista erubescencia in quolibet indiuiduoꝛ ꝫ speciei humane naturaliter. Manifestū est timorē istū esse nature. timor autē nature vniuersaliꝛ nō potest esse uni..us aut indebiꝰ Merito ergo et iuste timet natura humana repꝛhensionem in huiusmōi motibus. Iure ergo repꝛhendi sunt motus isti. Amplіꝰ. quoniā ipa erubescencia ē confessio quodam mō culpe. erubescit autē vniuersaliꝛ natura humana huiusmodi motus ergo ꝯstat eē culpabiles. Confessio autē nature vniuersalis mendax eē nō potest. nec eius testimoniū. Ipa ergo attestatione nature manifestum ē ipsos eē culpabiles. Et hoꝫ

est indubitáter causa ppter quare mébra genitalia abscondũtur et erubescitur aspectus eorum. qa radix erubescende concupiscencie sedem habet in ipis a qua et pudenda noiata sunt. Judiciũ aũt hmõi ẽ q̃ añ erubescũt pueri aspectui huiusmodi membrorũ vel abscondunt ea ab ocul hominũ q̃ huius motus incipiãt fieri in eis. Qui motus quãtomagis invaluerint et increbuerint. tanto amplius invalescat erubescencia illorum. sollicitudo abscondendi ea. Amp̃. et si aliud non haberet perniciei voluptas carnalis q̃ ea q̃ diximus videlicet q̃ inebriat mentẽ humanã: z transuertit sensum ipius: atq3 corrumpit palatũ spirituale ipius. faciẽs ei despere omne spirituale bonum ac nobile. tandem ṽo et toto auertit a deo z a vera relilione que ẽ digna honorificencia z cult⁹ ei solus debitus eiq3 acceptus. Recte autez attendẽtibus manifestũ ẽ naturã hũanaz ad verã honestatẽ que vera religio est. et ad cultũ ipius dei q̃ vere sanctificatio est deũ rite colentiũ creatã ac conditam esse Quare manifestũ ẽ nature hũane inimicissimã eẽ hanc de q̃ agimus carnis voluptatẽ. Q̃ si qs dixerit q̃ immoderata voluptas ẽ que auertit a deo et supiducit oblivionẽ ipius. Querendũ ẽ ab eo cuius mõi sit illa quã intelligit. moderatam lege mrimonij quã legẽ supra tetigimus necesse habet confiteri. omnẽ aliã inimicã esse nature humane. Et ppter hoc iplacabilit psequendã z hocẽ qd intendebamus. Si ṽo intelligat moderatã congruẽtia et possibilitate ipsius corpis humani. Jnuenit autẽ hec diuersitas in hoibus ex diuersitate complexionũ vt alij magis potẽtes sint in vsu mulierũ. alij minus. alij penit⁹ impotentes. Jntelligit ergo moderataz esse voluptatẽ complexioni corpis adequataz ac pportionatã. Jmmoderatã ṽo complexionẽ z possibilitatẽ corpis excedentẽ. Quia ṽo sic imoderata voluptas minor est z sic moderata maior. Que autem minor ẽ minus inebriat z captiuat mentem humanã minusq3 auertit a deo. Quare moderata voluptas carnis iuxta ĩtentiõez suã mag⁹ inimica est nature hũane. Uoluptas enĩ in desiderio est vt ait tulius nõ in sacietate Et ppter hoc qui maxime eam sequuntur ipsam minime assequuntur. Amplius sic maxime amantib⁹ voluptatẽ istam maxime sapit ipa z maxime desipit voluptas spiritualis. Sic econuerso maxime amãtibus delicias spũales maxime sapiũt ipe maxime desipiunt eis carnales. Quid ergo respõdebit aduersari⁹ aut vterq3 istorum habent palatũ cordis sanum z benẽ dispositũ aut nõ Jmpossibile aũt eundẽ ter ẽ q̃ vterq3. Cum enĩ ↄtraria indicẽt de saporibus his. necessario errat alteri eorũ siue palatum cordis alterutrorũ. Palatuz enĩ cui desipit quod ei sape debet aut ecõtrario necessitate errat. sicut z visus qui iudicat album nigrũ z ecõuerso. Alterutros vero eorum errare necesse est. ergo vel necesse errare sapiẽtes in eo z ex eo maxime sapientes sunt q̃ in eis sapiũt bona spũalia z desipiunt delicie carnales. vel errare luxurios qui ex hec maxime insipiẽtes z habẽdi sunt et habent q̃ in eis sapiũt viles ac sordide delicie z desipiũt nobiles z

Procedamus aũt vlteri⁹ inde. Et querimus. Utrũ veri nois voluptas sit ista de qua hic agimus Uidetur enĩ q̃ veri nois voluptas q̃ tanto ope q̃ritur tantisq3 dispẽdijs compatur. a qua nec etiã viri sanctissimi nisi diuini muner⁹ admirãdo adiutorio se ↄtinẽt aut cõpescũt. Deinde ex diffinitiõibus delectationis que sunt coniũctio conuenientis cum conuenienti z pceptio rei que naturalis est virtuti apphendenti. Conueniẽtis autem cum cõueniente coniũctio est maris et femine ↄmixtio. veri nois ergo voluptas ẽ siue delectatio cũ ei ↄueniat ipa nois ratio. Ad hunc modũ se habet z de alia ratione. virtuti enĩ tangibili que est in membris generatiõis naturalis est. Hoc ẽ naturaliter ↄueniens correlatiua z coadiutiua generationi. pars adiuuantis corpis.

Amp̃. cum in brut⁹ animalib⁹ inueniatur ↄcupiscẽtia z desideriũ huius voluptatis. z hoc de natura tñ nullaten⁹ autẽ ex pte damnationũ vel orginale corruptiõe z nullo modo ex pctõ vt ppter peccatum atq3 vt pena sed vt natura tñ z velut lex q̃dam diuine institutiõis. ergo in specie humana quantũ ad id q̃ cũ brutis aialibus habet ↄmune necessario erit hmõi ↄcupiscentia seu sideriũ nõ vt plaga neq3 vt corruptio. sed vt natura z lex diuine institutionis ppter quod etiã in brut⁹ animalib⁹ vocat ius naturale. Hui⁹ aũt indiciũ videtur q̃ in omni indiuiduo speciei hũane inuenitur ista dispositio z concupiscentia z desideriũ hmõi voluptat⁹. Que enĩ

accidūt pter naturam ꝛ affoꝛis adueniūt
substancijs.in paucis repiunť indiuiduiſ
ꝛ raro.merito ergo videť eē naturalis hu
iusmodi ꝯcupiscētia seu desideriū nihil āt
naturale inhonestū vel illicitū est seu pec
catū. Quare videť amoꝛ hmōi volupta
tis licitus eē.amoꝛ aut illicitū aut mali ne-
cessario illicitus ꝛ malꝰ ē. voluptas ergo
ista nec mala ē nec illicita. Rn̄dem⁹ autē
in hoc q: nec vera nec veri nōis voluptas
est ista.sed somniata tm̄ ppter quod ꝛ de
lectamentū somnij vocata est. Sapiē.vij.
Queadmodū autē mulierib⁹ grauidis
carbones ꝛ cineres suauiť sapiūt interdū
ꝛ ppter eos naturalib⁹ cibis naturaliter
ꝙ sapidis ꝛ delectabilib⁹ pferunt.auidissi
meqꝫ appetūt. ꝛ ipse erroꝛ ꝟtutis appeti-
ue siue corruptio palati coꝛpis mentiť eis
delectationē gustabilē et q̄dāmodo eas
somniare facit illā. Sic corruptio palati in
terioꝛis ac spūalis. hoc est palati coꝛdis
mentiť nobis suauitatē esse seu volupta-
tem quod reuera nō est suauitas vel vo-
luptas. sic ꝛ scabioso ipa scabies ꝛ pruri-
go scabiei mentiť suauitatē esse in scalpti-
one ꝛ in cutis sue laceratiōe. cum reuera
non sit veri nōis ibi voluptas sicut appet
econtrario. amaritudo enī saliue ꝛ fun⁹
colere mētitur febricitanti amaritudinem
amigdaloꝝ.cuꝫ reuera in eo amaritudo
nō sit ymo dulcedo sit ꝛ vehemētia famis
mentitur suauitatē.interdū saporis in eo
in quo est. Sicut legiť pueř.xxvij. Anima
esuriēs amarꝫ p dulce sumit. Siľr iob.xx.
Cū singula repūsset ad ea cū clamore curre
bāt. ꝛ eiusdē sexto. Que pus nolebat tan-
gere aīa mea.nūc pre angustia cibi mei
sunt. Sic vehemētia ꝛ prurigo concupiscē
tie mentitur cōuenientē coniūctionē que
non est. Et voluptatē vbi non est. Et hoc
apparet in abbominatione sodomitica
vbi manifestum est disconueniētes cum
disconueniēte ꝯiunctio. Jā autē declara-
tum⁹ ꝙ originalis corruptio ꝛ brutalitas
in nobis plaga ē. Et ꝙ vniuersalitas ipi⁹
ꝛ ppetuitas iudiciū sunt.non ꝙ a natura
sint.sed potius ꝙ non a casu ymo ex pui
dentia ꝛ iusticia illata. Sꝫ neqꝫ hoc qđ in
quolibꝫ indiuiduorū speciei hūane inue
nitur ista dispositio scꝫ ꝯcupiscentia ꝛ de-
siderium voluptatis huius iudicium est
ꝙ naturalia sint hoc est ab ipsa natura sꝫ
potius ꝙ ipsi nature illata. Q. si quis
dixerit ꝙ virtus animalis ꝛ virtus spūa-
lis due sunt virtutes. queadmodū tam ꝟ
tus visibilis quā virtus audibilis suaꝫ ha
bent ppriam delectationē ꝛ suum pprīū
delectabile.ita nihil phibet vtranqꝫ illa-
rum similiter scꝫ suam ppriam habere p
prium delectabile.vel sua ppria delecta-
bilia. Et sic vires ipe non sunt cōtrarie ad
inuicem sic nec delectatiōes. Sed queád-
modum delectatio que est scđm visuꝫ im
pedit ne illa hora sit delectatio scđm audi
tum. ꝛ illud impedimentū non est ex con
trarietate que sit inter visum ꝛ auditū aut
inter delicias eorū cum pculdubio cōtra
ria ipsa non sint.sed potius ex impotibilita
te mentis hūane ꝛ aggrauatiōe.quā pati
tur. hoc est ex corruptiōe coꝛpoꝛis ppter
quas partiri se non pōt simul plurib⁹ dū
cis mens humana. nec vacare duꝫ est in
coꝛpoꝛe.quasi toto pōdere incūbens vni
soli donec abstrahatur ab illa. Respōde
mus ꝙ ipso sensu ꝛ experiētia manifestū
est illud quod ē aīale in nobis rebellare
aduersus id quod est spūale in nobis cū
debeat iure nature omnino eē subditū et
ex toto obediēs. ꝛ hāc dominatiōeꝫ ami-
sisse spūale nostrum nō casu sed puiden
tia.neqꝫ immerito ꝛ absqꝫ culpa sed iusti
cia irrephensibili atqꝫ iudicio cuncta regē
tis atꝫ administrātis dei. Q. enī iure ad no
strum spūale ptinet absqꝫ iniuria eidem
auferri non potuit nisi ablatiōem istā me
ruerit alicui⁹ culpa. Alterutū ergo duoꝝ
vel vtrūqꝫ forsitan necesse est factum fuis-
se in natura humana. videlicet vel vt spi
rituale nostrū debilitatū sit a foꝛtitudine
sua naturali ꝛ depssum ab altitudine do-
minatiōis istius quibus preeē ꝛ superesse
iure ꝛ lege nature debebat ei ꝙ est aīa-
le in nobis a debita subiectione eiectum
vsqꝫ ī rebellionē. ꝛ a sua debilitate in istā
insolentiā confirmatū. vt iam nō liberta-
te ꝛ imperio superioꝛis sui hoc est eius qđ
est in nobis spūale moueatur.sed quem-
admodū in brutis necessitatis violentia fe
ratur. ꝛ sicut furiosus ruptis vinculis ꝛ ca
thenis in seipm deinde in alios seuire cō
tendit iugo legitime ꝛ naturalis seruitu-
tis abiecto. cuius figura est demoniacus
ille euāgelicus qui frequēter in aquam et
in ignem se pcitabat. Sicut legitur. Mar
ci.ix. Nec aliter audiēdi sūt quā pecudes
gens epycurioꝝ qui posuerūt vires aīa-
les in nobis ad aīales seu carnales deli
cias creatas ꝛ conditas esse tanquā ad sui

mum bonū et summū finem. Tunc enim
in contumeliā suaʒ vires hmōi creasset de⁹
si ppter hmōi delicias ipsas creasset. et p
pter hoc non ad delicias naturales. sʒ ad
exquisita flagitia execrandasqʒ libidines
potissimū create essent. cū passiōes igno-
minie maiores videātur habere delicias
quā visus naturales. Alioquin nec tanto
ardore nec vehementia ad eas trahi nec tā
ta difficultate ab eis reuocari posse vide-
rentur flagiciosi. Idem dicim⁹ de aliis tā
ta studiositate coquorū et hystorionuʒ ex
cogitatis deliciis. que omnes sicut dicim⁹
quia maxime eē videntur q̄ pbat studio
sitas ac labor eas querentiū ꝛ studiositas
ipa. quia maxime deo contumelio sesant
vtpote religionem ac cultum eius maxi-
me destructes. eiusqʒ obliuionē maxime
inducentes. in sui ipius iniuriam ꝛ contu
meliam vires aiales pculdubio creassʒ
hmōi delicias illas nobis dedisset. Nō
est ergo simile de visu ꝛ auditu cū neuter
alteri iniariet dum iussum seu iniunctuʒ
sibi ab imperāte virtute peragit officium
Manifestū ergo est de omnibus que dixi
mus fugienda esse omnē corpis volupta-
tem hoc tñ ſm magis ꝛ minus fugiendā
ipamqʒ esse vt laqueū irretitiōis. vt piceʒ
inquinationis. vt vinculū captiuationis vt
ignem spūalis exustionis. hoc est quo spi
rituale nostrū exuritur omniaqʒ bona no
stra spūalia id ē ∀tutes eoꝝ opa ta exterio-
ra quā interiora penitus cremātur. fugi-
enda etiā vt aquam extinctionis que spi-
rituale nrm quo ad omnē viuifică calorē
extinguit. Siir etiam vt aquā immersiōis
vbi totus chorus ∀tutum ꝛ gratiaꝝ sub-
mergitur. vt vinum insanissime debria-
tionis vt toxicum pessime ac turpissime
enecationis. vt adulteria fallacissime blā
diciōnis. ꝛ vt spurcicia execrāde ab homi
natiōis. Uerū quoniā a nec effugere neqʒ
etiaʒ fugare possibile est cōitam hominū
in statu presentis corruptiōis absqʒ deteri
mento fructus nobilissimi quā plem dixi
mus ꝛ absqʒ nature nostre multiplicatio
ne. Necessario cōsulendū fuit generi hu
mano ꝛ et cogitāda ac puidenda via me
dia ad bibendūqʒ remediū quo nec ipa
fugeretur in dānum fructificatiōis. neqʒ
post eam abiretur in tam multiplicē per-
niciem eiusdē. Iam aūt declarauim⁹ nul
lum esse remediū nullamqʒ viam mediā
qua occurratur vtriqʒ istorum periculoꝝ

preter matrimoniū. Q. si quis dixerit q̄
in opibus nature op⁹ generatiōis eximi-
um est ppter preciositatem fructus. ꝛ ideo
creator ꝛ institutor nature instituit ipsum
inter omnia corpora delectabili⁹ vt ei opi
ppensius ꝛ instanti⁹ intenderet. Sic em̄
tanta diligentia ꝛ labore instatur ab ipsis
hoib⁹ multiplicatiōi ceteroꝝ aīalium imo
etiā mltoforti⁹ instandū ē multiplicati-
oni hoīm. Respondem⁹ qꝛ ꝛ iste fruct⁹ ē
sicut equas ꝛ mulus quibus non est intel
lectus. Sicut em̄ delectatiōʒ in potu aut
cibo magis facit ꝛ auget vehementia ꝛ ar-
dor sitis ꝛ famis quā ipsa potatio ꝛ come
stio. sic ꝛ delectationē in vsu mulieꝝ facit
vehementia ꝛ ardor cōcupiscētie. ꝛ sic co-
mestio ꝛ potatio per seipas non sunt de-
lectabiles sed per esuriem ꝛ sitim Sic nec
cōmixtio maris ꝛ femine per seipam dele-
ctabilis est delectatiōe carnali. Habet em̄
delectationem spūalem hmōi cōmixtio
duplicem pmam sʒ naturaleʒ quā faciūt
spes ꝛ amor plis. cuius similis inuenitur
in omni aratore ꝛ seminatore ꝛ omnis ge
neris agricolatore. quibus spes ꝛ amor
fructus etiam acerbissimos labores agri-
colantiū delectabiles faciūt. Quia ∀o ea
que a creatore sunt. ordinata sunt contra
ordinem vero est vt id quod melius ē fit
ppter minus bonū. aut id quod nobili⁹
est fit ppter vilius. Uilior aūt ē voluptas
ex opere generatiōis quam ipm ꝛ minus
bona quare nunquā ex ordinatiōe crea-
toris est op⁹ generatiōis ppter volupta-
tem que est ex illo. Ampli⁹. cū vis ge-
neratiua non sit nisi ppter fructum plis
ex institutione creatoris nec opus genera
tionis qd non est nisi via ad fructū debet
esse nisi ppter ipsuʒ Intorquere ergo ipm
in alium finē. abusio est contra ordinati
oneʒ creatoris. Amp̄. si sufficit in aliis
operibus agricolationis spes et amor fru
ctus mouere agricolas ad opera sua. Et
sufficit etiam agricolis ad eos mouēdos
in parte ista. quāto fortius sufficere debuit
ꝛ isti ꝛ illis in illo opere tam nobilis agri
colationis. hoc est in cōmixtione maris et
femine vt sola spes ꝛ amor plis eos na-
turaliter ad opus generatiōis mouerent
Quanto etiaʒ magis decuit creatorē hāc
spem ꝛ amorem augere qui recti sunt oīa
in finem debitum solummodo intendūt atʒ
respiciunt. quā istum curuū amorem salʒ
voluptatis. Maxime cū iste amor. istum

finem et fructus ꝓlis impediat. et op⁹ ge
nerationis quod in finē fructus ⁊ prolis
dirigendū ⁊ exercendū erat. ad se rapiat
⁊ in seipo stare cogat. Ita vt non solum
fructus prolis nō curetur a cōmiscentib⁹
sed vt etiam nō ꝓueniat ꝓcuretur ne vo
luptatē ipam aut minuat aut ex toto etiā
tollat. Amplius. ipa voluptas suo au
gmento ⁊ vehementia impedit fructū ge
nerationis. Qui enī maxime ardent hmōi
ꝯcupiscētia pauce generatiōis sunt. ⁊ pau
ci fructus aut nullius. ⁊ ideo steriles effici
untur. ⁊ ad generatiōꝫ inepti. siue ꝓpter
hoc quia ex hmōi ardore semen generati
uū ꝯsumitur siue quia frequētatio ipius
ꝯmixtiōis ne in vitā coalescat hmōi semē
impedit. quod apparet in mulieribus ꝓ
stitutis que raro vel nunquam cōcipiunt
vel nimio ardore exhauste vel nimia fre
quentatia turpitudinis semen in se vitaꝫ
habere ⁊ coalescere prohibente. Mani
festum est aūt iudicium et multiplicē ho
rū ꝯinaꝝ quas falso noīe vxores nuncu
pant ⁊ ꝯtra nature legem eē ⁊ deo penit⁹
